quos homines: probatur: et pono secundam partem conclusionis cum hoc quod in domo ista sint decem homines nouem mulieres et vnus masculus quem nõ videas: sed bene omnes mulieres. isto posito patet secunda pars conclusionis: et prima similiter assignando regulam exceptiuorum. quod omnis propositio affirmatiua in parte vera et in parte falsa potest verificari per exceptionem partis false isto presupposito hec est falsa tu vides omnes homines qui sunt in ista domo precise pro sorte: ergo potest verificari per exceptionem sor. sic dicendo. Tu vides omnes homines qui sunt in ista domo preter sor. quare et cetera.

Reduplicatiua exponitur per tres exponentes: in quarum prima predicatur affirmatiue terminus reduplicatiuus de subiecto. ¶ In secunda predicatur predicatum de eodem subiecto. ¶ In tertia vero predicatur idem predicatum cõditionaliter de termino reduplicato per terminum transcendentem: vt sortes in quãtum hõ est animal: sic exponitur sor. é animal: et si aliquid est homo illud est animal: ergo et cetera. et ita cum termino vniuersaliter aut indefinite teneto: vt omnis homo in quantum animal est substantia: sic exponitur omnis homo est animal et omnis homo est substantia: et si aliquid est animal istud est substantia: ergo et cetera. Reduplicatiua negatiua: cuius negatio sequitur notam reduplicationis est similiter exponibilis: vt sortes inquantum hommo non é asinus: exponitur sic. sortes est homo: et sortes nõ est asinus: et si aliquid est homo istud nõ est asinus: ergo et cetera. et ita dicatur de quibuscunque alijs. Negatiua vero reduplicatiua: cuius negatio precedit notam reduplicationis non est exponenda sed probanda per suum contradictorium vt sepe dictum est. Ex predictis infero aliquas conclusiones quarum prima est ista. Aliqua in quãtum conuenit differunt: probatur aliqua conueniunt et aliqua differunt: et si aliqua conueniunt illa differunt: ergo et cetera: patet consequentia ab exponentibus ad expositum: et tertia pars antecedens probatur: quoniã si aliqua conueniunt illa sunt: et si illa sunt: distincta ergo differunt. ergo a primo ad vltimum si aliqua conueniunt illa differunt.

¶ Secunda cõclusio quilibet homo inquantum homo est risibilis et tamen nõ quilibet homo inquantum animal est risibilis. prima pars patet per exponentes quoniam quilibet homo est homo et quilibet homo est risibilis et si aliquid est homo illud é risibile ergo et cetera. Secunda pars etiam patet quia si non detur oppositum scilicet quod quilibet homo in quantum animal est risibilis et certum est quod hec est falsa: quia 3ª sua expones est falsa: scilicet si aliquid é animal illud est risibile. ¶ Tertia cõclusio sor. in quantum homo est animal et tamen sor. non inquantum homo est sor. prima pars patet per exponentes et secunda similiter quia si nõ detur oppositum: scilicet sor. in quãtum homo est sor. et patet quod ista est falsa quia eius. tertia exponẽs é falsa. scilicet si aliquid é homo illud é sor. ¶ Quarta conclusio tu in quantum homo nõ es asinus et tamen tu non in quãtum animal. nõ es asinus. prima pars patet quia tu es homo et tu non es asinus et si aliquid é homo illud nõ est asinus: ergo et cetera. Secũda pars etiam probatur quia si nõ detur oppositum tu inquãtum animal nõ es asinus et patet quod tertia eius exponẽs est falsa: scilicet si aliquid é animal illud nõ é asinus: et ita dicatur si li: quãto et pro quãto facerẽt propositionem reduplicatiuam.

Immediate duas in se cõtinet exponẽtes quarum prima est preiacens et secũda negatiua sibi correspõdẽs secundum exigentiã sui verbi: vt imediate añ a tu fuisti exponitur sic añ a tu fuisti et nullũ fuit instans ante a quin inter illud et a tu fuisti: ergo et cetera. Item immediate post b tu eris sic exponitur post b tu eris et nullum erit instans post: b: quin inter illud et b tu eris: ergo et cetera. Modo consimili exponitur negatiua cuius negatio subsequitur li immediate: vt immediate ante hoc tu non fuisti albus: sic exponitur ante hoc tu non fuisti albus: et nullum fuit instans ante hoc quin inter illud et hoc tu non fuisti albus: ergo et cetera. Item immediate post instans pñs tu non curres: sic exponitur post instans pñs tu non curres et nullum erit instans post instans pñs qn

inter illud et istas pns tu no curres ergo etc. Oppositae harum propositionum dantur per negationem precedentem li imediate et no probatur talis propositio nisi per assignationem contradictoriorum. Ex predictis infero aliquas conclusiones quarum prima est ista. Immediate ante hoc tu fuisti albus: et imediate ante hoc tu fuisti niger: probatur et pono quod in qualibet parte pi hore preterite fueris albus et in qualibet impi fueris niger. primo po arguitur sic imediate ante hoc fuit aliqua ps par: ergo imediate ante hoc tu fuisti albus: cosequentia tenet et ans probatur. na ante hoc fuit aliqua ps par et nullum fuit instas an hoc quin iter illud et hoc fuerit aliqua ps par: ergo etc. similiter probatur alia ps conclusionis nam immediate ante hoc fuit aliqua ps ipar: ergo imediate an hoc tu fuisti niger: cosequentia patet: et ans: vt prius probatur. nam ante hoc fuit aliqua ps impar et nullum fuit instas ante hoc: qn inter illud et hoc fuerit aliqua ps impar; ergo etc. Eadem coclusio potest verificari de futuro. ¶ Secuda coclusio duo contradictoria inter se cotradicetia imediate ante hoc fuerunt falsa: et tame no fuerunt simul vera neque simul falsa. probatur et pono quod a sit ista tu es albus: et b ista tu no es albus. primo posito patet quod a imediate ante hoc fuit verum. nam quadocunque fuit aliqua ps par a fuit verum: sed imediate ante hoc fuit aliqua ps par: ergo imediate ante hoc fuit verum: et immediate ante hoc a fuit falsum: quia quandocunque fuit aliqua pars impar a fuit falsum: sed immediate ante hoc fuit aliqua pars ipar: ergo immediate ante hoc a fuit falsum. ¶ Eodem modo potest probari quod b immediate ante hoc fuit verum et falsum: quod autem a et b non fuerint simul vera nec simul falsa: hoc patet quia in quocunque instanti a fuit verum b falsum et econuerso. Ex quibus sequitur quod immediate ante hoc fuisti albus et immediate ante hoc tu non fuisti albus. ¶ Prima pars patet et secuda probatur. nam quandocunque tu fuisti niger tu no fuisti albus: sed imediate ante hoc tu fuisti niger: ergo immediate ante hoc tu non fuisti albus: et ita conceditur quod a propositio immediate ante hoc fuit vera et immediate ante hoc non fuit vera: probata est prima ps et secunda probatur. Nam quandocunque a propositio fuit falsa ipsa non fuit vera: sed immediate ante hoc a propositio fuit falsa: ergo imediate ante hoc a propositio no fuit vera. ¶ Tertia coclusio imediate post hoc erit instas: quod no imediate post hoc erit probatur. nam post hoc erit instans quod no imediate post hoc erit: et nullum erit instas post hoc quin inter illud et hoc erit instans quod non imediate post hoc erit: quia quocunque instanti dato quod erit post hoc: inter illud et hoc erunt ifinita: istanti quorum nullum imediate post hoc erit. Ex qua conclusione sequitur quod imediate post hoc erit aliquod no imediate post hoc erit. ¶ Quarta conclusio post a instans tu curres: et nullum erit instans post a quin ante illud tu curres: et tamen non imediate post a tu curres. probatur: et pono quod curres hodie sed non cras et pono quod a erit instans medium crastine diei postquam diem tu iterum curres aliquando isto posito patet quod non immediate post a tu curres: et tame post a curres vt ponit casus: et quia ante a curres quia isto die ideo nullum erit istans post a: quin ante illud tu curres. quicquid enim curret ante a curret: etiam ante quodlibet instas quod erit post a. ¶ Notandum quod li imediate dupliciter sumitur scilicet aduerbialiter et nominaliter. Primo modo sum hic locutus scilicet aduerbialiter: sed secundo modo sumitur: vt hic immediate sunt partes in continuo idest sine medio et sic non sumitur in proposito quare etc.

Incipit dupliciter exponitur. Uno modo per positionem de presenti et remotionem de preterito. Alio modo per remotionem de presenti et positionem de futuro: verbi gratia sortes incipit esse albus: primo modo exponitur sic sortes nunc est albus: et imediate ante instans presens non fuit albus. Secundo modo exponitur sic sortes nunc non est albus: et immediate post instans presens erit albus: ergo et cetera. Desinit vero exponitur modo opposito etiam dupliciter. primo modo per remotione de presenti et positionem de preterito: vt sortes nunc non est albus: et immediate ante instans presens sor. fuit albus: ergo sor. de

finit esse albus. Secūdo modo per positio
nem de presenti ⁊ remotionem de futuro vt
sor nunc est albus ⁊ nō immediate post in
stans presens erit albꝰ: ergo sor. dͤsinit esse
albus: Ex predictis infero aliquas conclu
siones quarum prima est ista tu incipis eē
albus ⁊ tamen tu non incipis esse colora
tus probatur: ⁊ pono ꝙ nunc tu scis albus
⁊ continue ante hoc fueris niger isto posi
to tu nunc es albus ⁊ non immediate ante
instans presens tu fuisti albus: ergo tu inci
pis esse albus: ⁊ tamen tu non incipis esse
coloratus quia nunc es coloratus ⁊ imme
diate ante instans presens fuisti coloratus
⁊ immediate post instans presens eris colo
ratus: ergo non incipis esse coloratus.
¶ Secunda conclusio deus incipit esse in
hoc instanti ⁊ tamen non incipit esse in ali
quo instanti. prima pars probatur. nam de
us est in hoc instanti ⁊ non deus est in hoc
istanti ⁊ non immediate ante instans p̄ns
fuit in hoc instanti: ergo deus incipit esse in
hoc instanti. Secunda pars etiam patet nā
deus est in aliquo instanti ⁊ immediate an
te instans presens fuit in aliquo instanti et
immediate post instans presens erit in aliq̄
instanti: ergo ⁊c. ¶ Tertia cōclusio: incipit
esse omne quod est: ⁊ tamen nō incipit esse
aliquid quod est prima pars probatur quo
niam nunc ē omne quod ē ⁊ non imediate
ante instans presens fuit omne quod ē q2
instans presens: ergo ⁊c. Secunda pars ꝓ
batur nam nunc ē aliquid quod ē: ⁊ imme
diate ante instans presens fuit aliquid qđ
est ⁊ immeͤ post instans presens erit aliqd
quod ē ergo ⁊c. ¶ Quarta conclusio tu in
cipis videre quemlibet hominem ⁊ tamen
non incipis videre aliquem hominem imo
nullum hominem incipis videre ꝓbatur ⁊
pono ꝙ continue ante hoc non fuerint nisi
decem homines quorum nouē videris vi
deas ⁊ videbis: sed decimum non videris
qui iam non desinat esse per remotionem
de presenti: isto posito: tu icipis videre quē
libet hominem quia tu nunc vides quem
libet hominem ⁊ non immediate ante in
stans presens vidisti quemlibet hominem
quia non istuꝫ decimum: ergo. ¶ Et tamē
tu non incipis videre aliquem hominem:
quia tu nunc vides aliquem hominē ⁊ im
mediate ante instās presens vidisti aliquē
hominem: ergo ⁊c. Etiam nullum hominē
incipis videre: q2 quocunqꝫ dato quem iā
vides istum imeͤ ante homo vidisti: ⁊ im
meͤ post hoc videbis vt ponit casus ergo
⁊c. Ex illa propositiōe sequitur quod tu in
cipis scire. x. ꝓpositiones: ⁊ tamen non inci
pis scire aliquam ꝓpositionē: dato ꝙ nūc
scias decem ꝓpositiones immediate ante
hoc non sciebas nisi nouem. Consimiles
conclusiones conceduntur in materia de h
verbo desinit vt quod tu desinis currere: ⁊
tamen non desinis moueri: dato ꝙ nūc mo
uearis ⁊ non curras: sed immediate ante in
stans presens currebas. ¶ Secunda con
clusio deus desinit esse in instanti presenti:
⁊ tamen non desinit esse in aliquo instanti.
¶ Tertia conclusio desinit esse omne quod
est ⁊ tamen nō desinit esse aliquid quod ē.
¶ Quarta conclusio tu desinis videre quē
libet hominem ⁊ tamen non desinis vide
re aliquem hominem: immo nullum homi
nem desinis videre. Dato ꝙ continue an
te hoc videbas omnes homines quos iaꝫ
vides ⁊ generetur nunc primo vnus de no
uo: quem non videas. Et ita conceditur ꝙ
tu desinis scire decem ꝓpositiones: ⁊ tamē
non desinis scire aliquam propositioē. Da
to ꝙ nunc scias decem: ⁊ continue post hoc
solummodo nouem: quare ⁊c.

Totus conuertibiliter idem est ꝙ
quelibet pars quando sincathego
rematice tenetur: vt totus sor. ē mi
nor sor. ⁊ tūc sic exponitur aliqua pars sor.
est minor sor. ⁊ nulla est pars sor. quin illa
sit minor sor. ergo ⁊ cetera. Sed quando
cathegorematice tenetur tunc totum idem
est quod ens perfectum ex omnibus suis
partibus vt sor. est totus homo idest sor. est
perfectus homo ex omnibus suis paribus
Et communiter quando precedit totam ꝓ
positionem sincathegorematice tenetur.
quando vero mediat inter partes subiecti:
aut ponitur a parte predicati cathegorema
thice tenetur: vt totus sor. est aliquid homi
nis: li totus tenetur sincathegorematice.
Sed dicendo ens totum animal mouetur

aut tu es totus homo li totũ tenetur cathe gorematice: Ex quibus infero aliquas conclusiones: quarum p^a est ista. Totus sor. est aliquid sor. ⁊ tamẽ non totus sor. est minor sor. prima pars probatur: q2 quelibet pars sor. ẽ minor sor. sicut corpus totale sor. aut anima eius que non est quanta. ¶ Secunda conclusio totus sor. est pars sor. ⁊ tamen non totus homo ẽ pars sor. prima pars patet: q2 quelibet pars sor. ẽ pars sor. secũda pars etiam patet: quoniam nõ quelibet pars hominis ẽ pars sor. nam ẽ aliqua pars platonis: que non est pars sor. ¶ Tertia cõclusio in oculo tuo est totum quod est in mundo: ⁊ tamen non totum quod est in mundo est in oculo tuo. prima pars probatur: nam in oculo tuo est ens perfectum ex suis partibus q2 pupilla oculi tui. ¶ Secunda pars etiam patet: q2 non quelibet pars mundi ẽ in oculo tuo. ¶ Quarta conclusio correlaria ex priori in bursa tua ẽ tota pecunia mũdi: ⁊ in anima tua est tota scia possibilis. prima pars probatur: quoniam in bursa tua ẽ ens perfectum ex suis partibus quod ẽ pecunia mundi: dato ꝙ abeas vnum denarium in bursa tua. ¶ Secunda pars etiam patet ex priori: eo quod in anima tua ẽ ens perfectum ex suis partibus quod est scietia possibilis. Ex quibus sequitur ꝙ hec propositio est falsa: quẽ tamen communiter cõceditur: scilicet anima intellectiua est tota i toto ⁊ tota in qualibet parte nam si est tota ergo est ens habens partes: consequens falsum: quare ⁊c.

Semper conuertitur cum li omni tẽpore secundum exigentiam verbi cui additur ita ꝙ idem est dicere semper fuit homo: ⁊ omni tempore preterito semper fuit homo. Et exponitur sic. Aliquando fuit homo ⁊ nõ fuit aliquando qn tunc fuerit homo: ergo. Item de futuro semper erit aliquid aliquando erit aliquid ⁊ nõ erit aliquando quin tunc erit aliquid ergo. Ex predictis infero aliquas conclusiones: quarum prima est ista semper fuit aliquid quod non semper fuit probatur aliquando fuit aliquid quod semper fuit: ⁊ non fuit aliquando quin tunc fuerat aliquid quod non semper fuit: ergo. ¶ Secunda ꝯclusio semper erit aliquis homo qui non semper erit probatur: q2 aliquando erit aliquis homo qui non semper erit: ⁊ non erit aliquãdo qn tunc erit aliquis homo qui semper erit: ergo. ¶ Tertia conclusio semper est hoc istans presens: probatur: aliquando ẽ hoc instãs presens: ⁊ nõ ẽ aliquando quin tunc sit hoc instans presens: ergo patet etiam ex sua cõuertibili scilicet omni tempore presenti est hoc instans presens. Ex eadem conclusiõe sequitur correlarie ꝙ quicquid viuit semp est ⁊ quicquid currit vel mouetur semper se habet eodem modo: licet non semper se habuerit aut semper se habebit eodemmodo. ¶ Notandum ꝙ non absq3 causa dicitur semper conuerti cum li omni tempore: sed exigentiam sui verbi: q2 si absolute conuerteretur cum li omni tempore hec esset falsa sp deus fuit aut mundus semp erit q2 non omni tempore deus fuit: probatur: nam omni tempore deus fuit presens tempus: ergo tempore presenti deus fuit ⁊ patet ꝯña: q2 in tertio prime: ex quo li tempore ampliatur ad supponendum pro eo ꝙ ẽ vel fuit ⁊ ꝯñs est falsũ3: q2 tempus presens nunquam fuit. Eodemmodo ostenditur falsitas h^9: mundus semper erit q2 non erit in tempore presenti: verumtamẽ eligat respõdens rñsionem sibi magis conformem: q2 harum quelibet sustentabilis est. Ex isto modo loquendi sequitur ꝙ aliquando deus non fuit ⁊ aliquando celum non erit: q2 tunc deus non fuit: demonstrando instans presens ⁊ tunc est vel fuit aliquando ergo ⁊c. Consil'r celum erit q2 tunc nõ erit demõstrando instans presens ⁊ tunc est vel erit aliquando: ergo ⁊c.

Ab eterno dupliciť sumitur. Uno modo nominaliter cum determinatione prepositionis: a: vel ab: ⁊ tũc resoluitur vt ab eterno fuit: a: ab hoc fuit. a ⁊ hoc est vl' fuit eternũ: ergo ab eterno fuit a. ita ꝙ ab eterno nominaliter sumẽdo cõuertitur cum li ab aliquo ab eterno. Aliter sumiť ab eterno scilicet aduerbialiter ⁊ cõuertitur cum li eternaliter ⁊ significat idem quod ante omne tempus finitum aut ante omne instans vel post oẽ tempus finitũ vl' post omne instans. Et exponitur sic: vt ab

eterno fuit deus ante aliquod tempus fini
tum fuit deus: ⁊ nullum fuit tempus finitū
quin ante illud fuerit deus ergo ⁊c. ¶ Si
militer de futuro: vt ab eterno vel eternali
ter erit aliquid ⁊ sic expōit pōt aliquod tps
finitū erit aliqd non ē vel erit tempus fini
tum: quin post illud erit aliquid: ergo vł sic
post aliquod instans erit aliquid ⁊ non est
vel erit aliquod instans quin post illud erit
aliquid ergo. Et notanter dico finitum: qa
aliquod tempus ante quod deus non fuit:
scilicet fuit tps infinitum a parte ante. Si
miler aliquod erit tempus post quod nihil
erit videlicet tempus infinitum a parte pᵒ.
Ex predictis infero aliquas conclusiones:
quarum prima ē 1ᵃ. Ab eterno tu fuisti ⁊ tñ
non eternaliter tu fuisti. Secunda pars est
de se manifesta: quoniam ante tempus mil
le annorum tu non fuisti: sed prima pars ꝓ
batur nam ab isto tu fuisti demonstrando ð
um: ⁊ hoc est vel fuit eternuz: ergo patet ꝯᵃ
tenendo li ab eterno nominaliter. Secūda
conclusio ab eterno tu eris: ⁊ tam̄ ñ ab eter
no tu eris: patet 1ᵃ conclusio sumendo li ab
eterno: prima parte nominaliter ⁊ in secun
da adverbialiter: nec sunt contradictoria ex
quo illi termini non vniformiter sumūtur.
¶ Tertia conclusio: ab eterno siue eternali
ter fuit aliquid quod nō ab eterno siue eter
naliter fuit: probatur nam ante aliquod tē
pus finitum fuit aliquid quod non ab eter
no siue eternaliter fuit: ⁊ non est vel fuit tē
pus finitum quin ante illud fuerit aliquid
quod non ab eterno siue eternaliter fuit ergo.
¶ Quarta ꝯclusio eternaliter siue ab eter
no erit aliquis homo qui non erit eternali
ter siue ab eterno probatur nam post aliqð
tempus finitum erit aliquis homo qui nō
erit eternaliter siue ab eterno ⁊ non est vel
erit tempus finitum: quin post illud erit ali
quis homo qui non eternaliter siue ab eter
no erit ergo. Quecunqz dicta sunt de li ab
eterno ⁊ eternaliter possunt dici de istis ter
minis perpetuo ⁊ in eternū qꝛ pñt dupliciter
ter sumi. s. noīaliter ⁊ adverbialiter: sicut in
prioribus exēplificatum est quare ⁊c.
INfinitū dupliciter sumit. s. cathego
rematice ⁊ sincathegorematice: ca
thegorematice. n. idē ē qꝛ sine fine ⁊
sine principio: vt a. ē infinituz. i. a. ē sine pñ
cipio ⁊ sine fine ⁊ sic communiter sumitur
quando ponitur a parte predicati: vt exem
plificatum ē aut quando limitatur in subie
cto: vt dicēdo aliquod infinitū ē huiusmōi
autem limatio fit quādo adiectiue vel sub
stantiue tenetur. Sic autez sumendo infini
tū solet dici qð nihil ē ifinitū: nec aliq̄ sunt
ifinita: qꝛ nihil ē sine fine nec aliq̄ sunt sine
fine. Sumēdo aūt ifinitū sincathegorema
tice expōit ꝑ duas exponētes ꝺm exigētiā
termini cui additur aut secūdū propriā na
turam singularis vel pluralis numeri: vt
infinitum corpus ē: sic exponitur Aliquan
tum corpus est: ⁊ non est corpus finituz qu
isto maius sit ergo. ¶ Item infinitum cor
pus fuit sic exponitur. Aliquantum corpus
fuit ⁊ non ē vel fuit corpus finitum quin 1ᵒ
maius fuerit ergo ⁊cetera. In plurali autez
numero non exponitur p li maius. sed per
li plura: vt infinita corpora sunt: sic exponi
tur. ¶ Aliquod corpora sunt: ⁊ nō sunt cor
pora finita: qn plura illis sint ergo. ¶ Itē
de preterito infiniti homines fuerunt sic ex
ponitur aliquod homines fuerunt ⁊ nō sūt
vel fuerunt homines finiti quin plures il
lis fuerint ergo. Et silr de futuro: vt infini
ta instātia erunt: sic exponitur. Aliquot in
stantia erunt: ⁊ non sunt vel erunt instantia
finita quin illis plura erunt ergo. Est tamē
alter modus exponendi q communiter su
stinetur: sapiens quodammodo naturā sin
gularium vt infinitum corpus est sic expo
nitur. Aliquantum corpus ē ⁊ duplum ad
illud ⁊ triplum ad illud: ⁊ sic in infinituz er
go. Item in plurali numero: vt infinita sūt
sic exponitur: duo sunt ⁊ tria sunt: ⁊ sic in in
finitum ergo. ¶ Quilibet istorum modoꝝ
bonus ē ad presens: verumtamen prius est
formalior: licet forte secundus sit intelligi
bilior. ¶ Ex predictis infero aliquas ꝯclu
siones: quarum prima est ista. ¶ Infinitū
corpus deus pōt ꝓducere nō tñ pōt ꝓduce
re corpᵘ ifinitū. ¶ Pria ps probať. Nā ali
qñtū corpus deus potest ꝓducere ⁊ nō est
vel potest esse corpus finitum: quin maius
isto deus possit producere ergo. Vel aliter
aliquantum corpus deus potest producere
⁊ duplum ad illud: ⁊ triplum ad illud ⁊ sic

in infinitum ergo. ¶ Secunda vero pars
patet de se: quoniam deus non potest pro
ducere corpꝰ sine fine: enim quod aliquod
est corpus ipsum est figuratum: ergo termi
no vel terminus clausum ⁊ per consequēs
finitum ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio. In
finitū tempus est elapsum ⁊ tamen nullū
tempus elapsum fuit infinitum. ¶ Pri
ma pars probatur quoniam aliquod tem
pus est elapsum ⁊ duplū ad illud: ⁊ triplū
ad illud: ⁊ sic in infinitum ergo ¶ Secun
da pars etiam probatur ex hoc quia nullū
tempus elapsum fuit sine fine. quodlibet
namq; terminabatur ad aliquod instans.
¶ Sed hic dubitatur. Nam in altero capi
tulo dictum est ꝙ aliquod fuit tempus infi
nitum a parte ante ergo aliquod tempus
elapsum fuit infinitum. Dicitur ꝙ ibi locu
tus sum de infinito secundum quid quod
non habet principium: sed finem sicut tem
pus infinitum preteritum: nunc autem lo
quor de infinito simpliciter quod non habꝫ
principium neq; finem. ¶ Tertia cōclusio
infinitus numerus ē finitus: ⁊ tamen nul
lus numerus finitus ⁊ infinitus. Prima
pars patet quoniam aliquantus numerus
ē nmerus finitꝰ ⁊ nō ē numerus finitus qn
maior illo sit numerus finitꝰ ḡ ⁊c. Scđa ps
pꝫ qm̄ nullus numerus finitus ē sine fine
ḡ ⁊c. ¶ Quarta conclusio infinita sunt fini
ta: tamen nulla finita sunt infinita. Pri
ma pars probatur qꝛ duo sunt finita ⁊ tria
sunt finita ⁊ sic in infinitum ergo. ¶ Secū
da pars patet đ se quia nulla finita sunt en
tia sine fine. ¶ Quinta conclusio infinitis
finita sunt plura ⁊ tamen nulla finita sunt
plura infinitis. Prima pars patet quoniā
duobus finita sunt plura: ⁊ tribꝰ finita sunt
plura ⁊ sic in infinitum. ¶ Secunda pars
patet de se: quia oppositum includit in se
manifeste contradictionem. ¶ Sexta con
clusio. Infiniti erunt dies: ⁊ infiniti erūt an
ni dato secundum Aristote. ꝙ mundus sit
ppetuus ⁊ eternus. Ista cōclusio patet qua
litercunq; exponantur partes. Ex qua con
clusione sequitur ꝙ non plures fuerunt di
es q̄z āni nec erunt quia infiniti vtrobiq;.

¶ De obligationibus tractatus incipit.

OBligatio est oratio composita ex
signis obligationis ⁊ obligato:
vt pono tibi istam. Tu es rome:
tota hec oratio vocatur obligatio. Signa
autem obligationis sunt iste dictiones: po
no tibi istam. Obligatum vero est ista ora
tio tu es rome. ¶ Due igitur sunt species
obligationis: videlicet positio ⁊ depositio i
quarum prima ē primitus instandū: quas
dam generales regulas preponendo: qua
rum prima est ista. ¶ Omne possibile tibi
positum est a te admitendū: verbi gratia.
Si pono tibi istam tu es: admittenda ē etiā
si ponatur suū contradictorium tu nō es:
⁊ ita de ceteris possibilis propositionibus.
¶ Secunda regula. Omne tibi positum: ⁊
a te admissum in infra tempus obligatiōis
propositum est a te concedendum: verbi
gratia. Pono tibi istam tu es rome qua ad
missa: qꝛ possibilis quocienscunq; proponi
tur durante tempore obligationis est cōce
denda. ¶ Et notanter dicitur durante tem
pore obligationis: qꝛ ipso cessante non am
plius obligatur respondens ipsum cōcede
re. Et durat tempus obligationis ab instan
ti admissionis: quousq; dicatur cedat tem
pus obligationis: vel quousq; opponens
transferat se ad aliam materiam. ¶ Tertia
regula. Omne sequens ex posito ⁊ admis
so: per se aut ex posito cum concesso vel cū
concessis infra tempus obligationis pro
positum est concedendum. Exemplum pri
mi pono tibi istam: tu es rome qua admis
sa propono tu non es parisius concedenda
qꝛ sequens ex posito per se: nam bene sequi
tur: tu es rome ergo tu non es parisius.
¶ Exēplum secundi pono tibi istam. Om
nis homo est rome: qua admissa propono
tu es homo concedenda est: qꝛ vera ⁊ imp
tinens: deinde tu es rome iterum est conce
denda: quia sequens ex posito cum conces
so: sequitur enim omnis homo est rome tu
es homo: ergo tu es rome. ¶ Exemplum
tertij pono tibi istam: omnis homo dispu
tans est parisius qua posita ⁊ admissa pro
pono tibi tu es homo disputans conceden
da est: quia quelibet illarum est vera ⁊ im
pertinens est. Deinde tu es parisius opor

bet concedere: quia sequitur exposito cũ duobus concessis. ¶ Sequitur enim omnis homo disputans est parisius tu es homo & tu es disputans: ergo tu es parisius.

¶ Quarta regula est ista. Omne repugnans posito cum concesso: vel cum concessis collectiue vel diuisiue est negandum: patet qz duo contradictoria non sunt cõcedenda ab eodem in eodem tempore re: sed cuiuslibet talis repugnantis est oppositum concedendum: qz sequens vt dicit tertia regula. ergo quodlibet tale repugnans est negandum verbi gratia. Posita & admissa ista. Omnis homo currit: & concessa ista: tu es homo: debet ista negari: tu non curris: ex quo suum contradictorium sequitur: & ẽ concedendum scilicet tu curris. ¶ Quinta regula est ista. Omne sequens exposito cuz opposito bene negati vel cum oppositis bene negatorum: infra tempus obligationis propositum est concedendum. Exemplũ primi pono tibi istam. Omnis homo currit: qua admissa propono: tu curris: neganda est: quia falsa & non sequens. Deinde tu non es homo concedenda est: quia sequẽs exposite cum opposito bene negati: vt omnis homo currit: tu non curris: ergo tu non es homo. Exemplum secundi: pono tibi istam. Antichristus est coloratus: qua admissa propono tibi istam. Antichristus est albus: vel antichristus est niger neganda est quelibet illarum: quia falsa non sequẽs. Deinde propono: Antichristus est medio colore coloratus concedenda ẽ quia sequitur exposito & oppositis bene negatorum: vt Antichristus est coloratus: & non ẽ albus: nec niger: ergo est medio colore coloratus. ¶ Sexta regula est ista: Omne repugnans posito & opposito bene negati vel oppositis bene negatorum infra tempus obligationis propositum est negandu3: vt si in primo exẽplo proponatur tertio loco: tu es homo: neganda est quia suum contradictorium sequitur. ¶ Similiter si in secundo exemplo proponatur tertio loco Antichristus non est medio colore coloratus negãda est propter eande3 causam: scilicet quia suum contradictorium sequitur. ¶ Septima regula est ista. Ad omne impertinens respondendum est secundum sui qualitatẽ id est si est verum concedendu3 est: si falsu3 negandum si dubium dubitandum. ¶ Impertinens voco quod non sequitur nec repugnat: vnde quelibet istaru3 tu es homo tu curris: est impertinens isti omnis homo currit: quia non sequitur nec repugnat: iõ si immediate post istam omnis homo currit: proponitur tu es homo concedenda est quia vera & impertinẽs: & si proponitur tu curris neganda est: Pertinens est duplex: scilicet sequens & repugnans: vnde concessis istis. Omnis homo currit tu es homo: tu curris est pertinens sequens: & tu nõ curris: est pertinens repugnans. ¶ Ex ista regula sequitur corelarie quod omne falsum non sequens est negandum: & omne veru3 non repugnans ẽ concedendum prima pars probatur si illud est falsum non sequens: ergo est impertinens vel repugnans & per consequens negandum. secunda pars similiter probatur: nam si illud est verum non repugnans ergo sequens vel impertinẽs: & per consequens iuxta regulas dictas ẽ concedendum. Octaua regula est ista propter possibile positum non est impossibile concedendum nec necessarium negandum: quia nullum repugnans est concedendum: nec aliquod sequens negandum: sed omne impossibile saltem per se est repugnans cuilibet: & omne necessarium est sequens: ergo impossibile non est concedendu3 nec necessarium negandum quocumq3 possibili posito. ¶ Concludo ergo q infra tẽpus obligationis quocienscumq3 & quandocumq3 proponitur aliqua istarum deus est: homo est asinus prima est concedenda: & secunda neganda. ¶ Notandu3 q duplex est necessarium scilicet per se & per accidens: necessarium per se est illud cuius adequatum significatum non potest nec potuit nec poterit esse falsum vt deus est. Necessarium per accidens est illud cuius significatum adequatum non potest esse falsum: sed potuit esse falsum vt tu fuisti: vnde solet regulariter dici q omnis propositio de preterito in terminis duplicibus non dependẽs a futuro est necessaria. ¶ Similiter est duplex impossi-

bile videlicet per se et per accñs: ipossibile per se est illud cuius adequatum significatū nō potest nec potuit esse verū nec poterit: vt nullus deus est. Impossibile vero per accñs est illud cuius adequatū significatū non potest esse verū sed bñ potuit esse verū: vt tu nō fuisti. Vñ si vnū contradictoriū est necessariū: aliud est impossibile et econtra. Intelligitur igitur regula ista de ipossibili et necessario per se quia aliquādo propter possibile positum est concedēdū ipossibile et negandum necessarium per accidens: vt pono tibi istam hoc instās nō fuit demonstrādo instās presens admittēda est quia vera qua admissā certum est quod illud instās preteriit et tamen si propono eādē cōcedenda est et suum oppositum negandū non obstante quod sit factū ipossibile per accidēs et suū oppositū necessariū similiter per accñs.

Ultima regula est ista: qualibet parte copulatiue cōcessā concedenda est copulatiua cuius ille vel consimiles sunt partes principales Et vna parte disiunctiue concessa concedēda est disiunctiua: cuius illa est pars principalis: probatur hoc, nam sicut ad veritatem copulatiue requiritur et sufficit quālibet eius partem esse verā: et ad veritatem disiunctiue quod vna sit vera: ita ad hoc quod copulatiua sit concedēda requiritur: et sufficit quālibet partem esse concedēdam. ¶ Et ad hoc quod disiunctiua sit concedenda reqritur et sufficit vnam partem principalem esse concedendā: verbi gratia: pono tibi istā tu es rome: qua admissa si proponitur eadem concedenda est: deinde tu es homo cōcedenda est: quia vera et impertinēs. vltimo si propōitur ista copulatiua tu es rome et tu es homo cōcedenda est quia partes sunt cōcesse: et ita de disiunctiua suo modo dicatur quare et cetera.

Ut harum regularum veritas intensius inotescat contra quālibet illarum vnam formabo obligationem. Contra igitur primam regulā pono tibi omne possibile: si non admittis arguo sic. ¶ Ego pono tibi omne possibile et non admittis omne possibile bene respondendo. ergo nō omne possibile est a te admittendū: quod est contra regulā. Si autem admittis: propono tibi ista duo: tu es: et tu non es: si concedis tu concedis duo contradictoria: ergo male respondes. ¶ Si negas aliquam istarum: et quelibet istarum est tibi posita et a te admissa: quia possibilis ex quo posui tibi omne possibile ergo tu negas tibi positum: et ad te admissum: et per cōsequens male respondes: patet cōsequentia per secundā regulam. ¶ Respōdetur non admittendo positum: et tunc ad argumentum pono tibi omnē possibile: et non admittis oē possibile: ergo non omne possibile est ad te admittendum: nego argumentum: sicut nō seqtur pono tibi vtrunque istorum contradictoriorum tu es: et tu non es: et non admittis vtrūque istorum ergo non vtrūque istorum contradictoriorum est a te admittendum: sed solum seqtur quod non est admittendum vtrūque istorum: ita in priori consequentia sequitur: quod non est admittendum omne possibile: et hoc est verum cū quo stat quod omne possibile: est admittendum.

¶ Contra secundam regulam arguitur sic Et pono tibi istam tu es rome: est tibi positum et a te admissum: qua admissā propono tibi: tu es rome neganda est: quia falsa et impertinens tunc arguitur sic illa propositio est a te neganda. et eadem est tibi posita: et a te bene admissa: ergo tibi positum et a te admissum est negandum: tenet consequentia: quia est sillogismus resolutorius et maior est concessā: minor vero est positum. Respondetur admittēdo positum: et cum proponitur tu es rome negatur: et tunc ad argumentum nego maiorem: ex eo quod repugnat posito: nam sequitur: tu es rome est tibi positum et ad te admissum ergo tu es rome: est a te concedēdum quod repugnat huic: tu es rome est a te negandum. Quocienscūque ergo proponitur ista negatur: et cum dicitur ista est a te neganda: iterum negatur: et conceditur quod est concedēda: et si arguitur sic illa est a te cōcedēda: et tu negas eam: ergo male respōdes negatur consequentia: sicut non seqtur tu concedis a propositionem: et a propositio est falsa: ergo tu male respondes: dato quod a sit vnum falsum seqnēs: sed in qualibet illarum consequentiarum addendū est in antecedente: tu nō es obligatus quod negatur tanquam falsum et ipertinēs.

¶ Contra tertiam regulam arguitur sic: pono tibi istam tu curris et tu non curris: est a te concedendum: casus est possibilis: quia

possibile é q tu curras: et q illa tu non curris sit tibi posita: et a te admissa: et consequenter cócedenda. Admisso ergo casu arguo sic tu curris nó est a te cócedendú: et tu curris seqtur exposito et admisso táqз a copulatiua ad alterá partez: ergo nó quodlз sequéf exposito et admisso est cócedendum: pña tenet: et pma ps antecedentis pbatur: ná tu nó curris est a te pcedendum p positum: sз tu nó curris ptradicat isti tu curris. ergo tu curris nó est a te pcedédum. pña tenet: qз si vnú ptradictoriorú est cócedédum: reliquú é negádum. Respódetur admittédo positum: et tunc ad argumentú nego istá tu curris: nó est a te cócedédú: et ad probationem nego minoré videlicet tu curris cótradicit isti tu nó curris nó táqз falsam: sed táqз repugnanté duobus cócessis: sequitur enim tu curris é a te cócedendú: et tu nó curris a te est cócedédum: ergo tu curris et tu nó curris nó sunt ptradictoria. Si tñ fieret casus isto modo: pono tibi istaз tu curris et tu nó curris eius ptradictorium é a te cócedéduз admitto casum: et cócedo illá tu curris quotienscúqз pponitur: et nego q sit a me cócedéda tanqз repugnás secúde parti copulatiue posite. nam seqtur tu nó curris ptradictorium eius é a te cócedédú: ergo tu curris nó é a te cócedéduз. ¶ Et si arguitur sic tu curris nó est a te cócedenda: et pcedis eaз: ergo male respondes: nego pñam: sicut nó seqtur tu negas a ppositioné: et a est vera: ergo male respondes: sed oз addere in antecedente: et tu nó es obligatus: et hoc negaf tanquam falsum. ¶ Contra quartam regulam arguitur probando q repugnans posito est a te cócedendú. Et pono tibi istaз nihil est tibi positú qua admissa qз possibilis ppono tibi istá aliquid é tibi positum si concedis et bene rńdes: ergo habeo intétú: qз illa repugnat posito. Si negas ptra ego posui tibi istá nihil é tibi positú et ipsa est aliqd: ergo aliqd é tibi positú. Rńdetur negádo istam aliqd é tibi positú: et tunc ad argumétum nego maioré videlicet ego posui tibi istá: nihil é tibi positum tanqз repugnanté: hec enim repugnát nihil é tibi positú: et posui tibi istam. Et si arguitur positio repugnat tibi posito: ergo aliqd é tibi positú negetur añs: qз repugnás et quelibet alia propositio ad quaз sequitur aliqd esse tibi positum. Cósimiliter respódetur si ponatur: te nó esse: admittédo et cócedendo idé et si dicitur: tu cócedis istá vel tu bene respódes nego quálibet talé qз ad ipsam seqtur te esse quod é oppositú positi. ¶ Cótra quintam regulá arguif. Ná data veritate istius seqf q admisso quocúqз ptingéti falso sit quodlibet aliud cótingés falsum cócedédum: pbatur et pono tibi istá tu es rome qua posita et admissa ppono tibi istá tu es rome. Et baculus stat in angulo patet: qз illa é negáda qз falsa nó sequés: deinde proponif nullus baculus stat i angulo: si negas ergo itentú contra regulá: qз seqtur exposito cuз opposito bene negati: sequif enim tu nó es rome vel nullus baculus stat i angulo. sed tu es rome p positú ergo nullus baculus stat in angulo. Si ergo cóceditur illa nullus baculus stat in angulo habeo cóclusioné principaliter pbádam: qз sicut deducitur illa: ita et quelibet alia: dúmodo suú oppositum cóiungaf copulatiue composito que copulatiua imediate postpositú pponatur. Respondef pcedédo cóclusioné adductam imo pót idé falsum et quodcúqз deduci: dúmodo ponatur disiúctiue cum oppposito positi: verbi gratia pono tibi istá tu curris qua admissá propono tibi tu nó curris vel baculus stat in angulo aut aliquá talem tu es papa vel episcopus: pcedenda é: qз vera et ipertinés deinde proponif baculus stat in angulo oз cócedere: qз seqtur exposito et vno cócesso: seqtur enim tu nó curris vel baculus stat i angulo: sз tu curris p positú: ergo baculus stat in águlo. ¶ Contra sextam regulaз arguitur sic: et pono tibi istá disiúctiuá tu curris vel rex sedet qua posita et admissá propono istá nullus rex sedet: et patet q é dubitáda: qз dubia et ipertinés: deinde ppono tu curris negáda é: qз falsa et ipertinés: deinde ppono iterú illá nullus rex sedet: si negas vel pcedis eá: et prius dubitasti: ergo male respondes: tenet pña p vná regulam obligationum: qз oés responsióes infra tépus obligationis sunt retorquéde ad idé instás. Si ergo dubitas istá et bene respondes illa nó est a te neganda: et tamé repugnat posito et

opposito bene negati. Nam bene seqtur tu curris vel rex sedet: sed tu non curris: ergo rex sedet. Respondetur admittendo positũ ⁊ cũ proponitur illa nullus rex sedet dubitatur: ⁊ illa negat̃ tu curris: ⁊ cũ iterum ꝓponit̃ nullus rex sedet negat̃: qꝛ repugnat posito ⁊ opposito bñ negati. Et cũ dr̃ prius dubitasti eã ⁊ mõ negas: ergo male respõdes: nõ valet argumentũ: ⁊ ad regulã dico ꝙ intelligit de responsionibus repugnantibus sicut ẽ cõcedere ⁊ negare. Jtẽ conceditur in simul casu ꝙ aliqua propõ in vno loco ẽ dubitãda: ⁊ in alio loco ẽ concedenda: vt pono tibi istam tu curris vel rex sedet: qua admissa propono rex sedet dubitanda est qꝛ dubia ⁊ impertinẽs: deinde tu curris negãda est qꝛ falsa ⁊ ipertinens. Jterum propono rex sedet: ⁊ patet quod ẽ cõcedenda: qꝛ sequens ex posito ⁊ opposito bene negati: vt tu curris: vel rex sedet: sed tu non curris: ergo rex sedet. ¶ Contra septimã regulam arguitur probãdo ꝙ non ad omne impertinens est respondẽdum ſm sui qualitatem. Et pono tibi istã tu es rome qua admissa ⁊ cõcessa propono tu es rome in hoc istanti demõstrando instãs p̃ns: si concedis habes intentum: qꝛ ista est falsa ⁊ impertinẽs cum non sequatur nec repugnet. Si vero negetur: contra oẽ qd̃ est rome est rome in hoc instãti: sed tu es rome: ergo tu es rome in hoc instanti: maior probatur. nam oẽ qd̃ est rome est rome in instãti p̃nti: sꝫ nullum est instans p̃ns nisi hoc: ergo oẽ qd̃ est rome ẽ rome in hoc istanti. Respondetur admittẽdo positũ ⁊ cum proponitur tu es rome in hoc instanti neget̃: ⁊ ad eius probationẽ nego maiorẽ qꝛ repugnat posito ⁊ opposito bene negati. nam seqtur tu es rome ⁊ tu non es rome in hoc instanti: ergo non omne qd̃ est rome est rome in hoc instanti. Et ad probationem illius maioris concedo ꝙ omne qd̃ est rome est rome in istãti p̃nti: ⁊ nego minorẽ scilicet ꝙ nullũ sit instãs p̃ns nisi hoc: qm̃ niam ex vno cõcesso ⁊ opposito bene negati seqtur oppositum illius exceptiue: seqtur enim oẽ qd̃ est rome est rome in instãti presenti: ⁊ non omne qd̃ ẽ rome est rome ĩ hoc instãti: g̃ aliqd̃ est instãs qd̃ nõ est hoc: qd̃ repugnat illi exceptiue. Et si dr̃ ꝙ est illud instãs: dr̃ qd̃ stat quod sit a vel b: nec est determinãda nisi disiunctiue talis questio.

¶ Cõtra octauã regulã arguit̃. Et pono tibi istã hõ est asinus est tibi positũ ⁊ a te admissum: qua admissa ⁊ concessa: qꝛ possibilis propono hõ est asinus vel concedis vel negas. Si concedis: ⁊ bene respondes habeo itentum. s. ꝙ pp possibile positum concedendũ est ipossibile p se. Si autẽ negas ꝯtra oẽ tibi positum: ⁊ a te admissũ est a te concedẽdũ: sed hõ est asinus est tibi positũ ⁊ a te admissum: g̃ hõ est asinus: est a te cõcedendum: tꝫ consequẽtia cũ maiori qꝛ est regula: ⁊ minor patet qꝛ est positũ: tunc arguitur sic hõ est asinus: est a te concedendũ ⁊ hõ est asinus: est ipossibile p se g̃ ipossibile p se est a te concedendum ⁊ consequẽter necessarium p se est a te negandum: qꝛ suũ contradictorium est necessarium p se nõ homo est asinus. ¶ Respondetur admittẽdo positum: ⁊ cum proponit̃ hõ est asinus negatur: ⁊ tunc ad argumentũ concedo ꝙ hõ est asinus ẽ a te concedenduꝫ: ⁊ nego ꝙ homo est asinus sit impossibile p se tanq̃ꝫ repugnãs vni concesso: seqtur enĩ hõ est asinus est a te concedendũ: ergo homo est asinus: non est ipossibile p se. Et si arguitur sic homo est asinus est a te concedenduꝫ: ⁊ tu negas ipsam: ergo tu male respõdes: nego argumẽtũ sed oꝫ addere: ⁊ tu nõ es obligatus. ¶ Contra vltimã regulam arguitur ⁊ pono tibi istã tu es rõe: q̃ admissa ⁊ cõcessa ꝓpono tibi istã copulatiuã tu es rome: ⁊ tu es hõ: hec copulatiua est falsa ⁊ ipertinens: ergo negãnda: ⁊ tamen quelibet eius pars est concedenda: ergo non qualꝫ pte copulatiue concessa est concedenda copulatiua qd̃ est contra regulam. Sed probatur ꝙ quelꝫ ps copulatiue sit cõcedenda: qꝛ prima pars est concedenda qua posita ⁊ admissa: ⁊ secũda similiter qꝛ vera ⁊ ipertinens: ergo ⁊c̃:

¶ Respondetur admittendo posituꝫ: ⁊ cũ proponitur copulatiua: nego eam: ⁊ nego ꝙ quelibet eius ps sit concedenda: eo ꝙ secunda est neganda: ⁊ caꝫ dicitur ꝙ est vera ⁊ impertinens concedo ꝙ est vera: sꝫ non ẽ impertinens: imo est repugnans qꝛ suum contradictorium seqtur ex posito ⁊ opposito bene negati. Nam sequitur tu non es ro

me vel tu non es hō: sꝫ tu es rome per posi
tum: ergo tu non es homo. Si autem ime
diate post positum proponeretur: tu es ho
mo concederem eam: qꝛ vera ⁊ ipertinens:
et consequenter concederem istam copula
tiuam tu es rome ⁊ tu es homo tanq̄ seqn
tem ex suis partibus concessis. ¶ Iteꝫ ar
guo contra eandem regulam. Et pono tibi
istam omnis homo est rome: qua admissa
propono: tu es homo: ⁊ tu es rome: hec co-
pulatiua est neganda: qꝛ falsa ⁊ impertinēs:
deinde propono tu es hō ista est conceden
da: qꝛ vera ⁊ impertinens. Alterius propo
no alteram partem tu es rome: ⁊ patet ꝙ h
similiter est concedenda: quia sequēs ex po
sito ⁊ vno cōcesso. verbigratia. Omnis ho
mo ē rome: ⁊ tu es homo: ergo tu es rome
⁊ ita habeo itentū ꝙ copulatiua est negan
da: ⁊ tamen quelibet eius pars est concedē
da. ¶ Respondetur admittendo positum
⁊ negando cupulatiuam: ⁊ cuꝫ proponitur
tu es homo nego: qꝛ repugnat posito cum
opposito bene negati: qꝛ suum contradicto
rium sequitur. Naꝫ sequitur omnis homo
est rome: ⁊ tu non es homo vel tu non es ro
me: ergo tu non es homo: patet consequen
tia: qꝛ consequens sequitur ex posito: ⁊ qua
libet parte disiunctiue ergo sequitur ex posi
to ⁊ tota disiunctiua patet consequentia: et
aīs similiter patet intuenti: quare ⁊c.

In materia conuertibilitatis propo
sitionū ꝓponitur hoc sophisma: po
no tibi istam deus ē ⁊ homo est asi-
nus conuertuntur qua admissa: qꝛ possibi
lis: propono deus est: concedatur qꝛ neces-
sarium per se: deinde propono homo est asi
nus: vel concedis vel negas: si cōcedis: cō
tra cedat tempus obligationis: ⁊ ostendo
tibi ꝙ tu concessisti impossibile per se in tē
pore obligationis: ergo male respōdes. vn
de extra tempus obligatiōes: semper rei ve
ritas est fatenda: qꝛ per hunc moduꝫ appa
ret si respondens bene vel male respondeat
in tempore obligationis. Si autem in tem
pore obligationis negetur ista homo ē asi
nus contra deus est: ⁊ homo est asinus con
uertuntur: ⁊ hec concedenda deus est: ergo
hec est concedenda homo ē asinus. ⁊ tu ne
gas eam: ergo male respondes. ¶ Iteꝫ ad
missio illo casu propono: hec est vera deus
est: debet concedi: quia verū ⁊ impertinēs;
deinde hec est vera: homo est asinus: hec ē
concedenda quia sequens. Nam sequitur
ille conuertuntur ⁊ prima est vera: ergo ⁊ se
cunda: ⁊ tunc sic ista est vera homo est asi-
nus que adequate significat hominem eē
asinum: ergo hominem esse asinum est ve
rum: ⁊ per consequens homo est asinus.
¶ Ad primum respondetur admittēdo ca
sum: ⁊ cum proponitur deus est concedo: et
nego istam homo est asinus ⁊ tunc ad argu
mentum concedo ꝙ homo est asinus est a
me concedendum: ⁊ argumentum impro-
bans: nego consequentiam: sed oportet ad
dere ꝙ tu non es obligatus quod ego ne-
go. Et si arguitur homo est asinus: ē a te cō
cedendum ⁊ homo est asinus est per se im-
possile: ergo per se impossibile est a te conce
dendum nego minorem tanq̄ repugnan-
tem maiori concesse. Eodem modo respon
detur si primo loco proponatur ista homo ē
asinus: ⁊ a te concedendum quod concede
retur ⁊ consequenter diceretur ꝙ ista deus
est: est a te neganda ⁊ negaretur quod esset
necessaria per se quia repugnat concesso.
Sequitur enim deus est: est a te neganda.
ergo non est necessaria per se. Ad secunduꝫ
concedo ꝙ illa est vera homo est asinus ⁊
nego ꝙ ipsa significet adequate hominem
esse asinuꝫ quia repugnat maiori concesse.
sequitur enim illa est vera homo est asinus
ergo non significat adequate hominem es
se asinum. vbi autem primo loco propone
retur illa homo est asinus est falsa: concede
retur: quia verum ⁊ impertinens deinde d̄
us est: est falsa conceditur quia sequens et
negatur tanquam repugnans ꝙ significet
adequate deum esse. Et si diceretur quali-
ter adequate significat non determinatur h
aliqua talis questio. ¶ Notanduꝫ ꝙ si po
neretur conuerti deus est ⁊ homo est asin⁹
sic adequate significando vt prius non de-
bet admitti casus quia eo admisso sequitur
inconueniens vel contradictio probatur.
nam admisso illo propono hec est vera de
us est: vel concedis vel negas. Si negas
contra illa nō est vera de⁹ ē que adequate

significat deum esse. ergo deus esse nō est verum. quod impossibile. Si autem conceditur ꝙ̄ inde ꝓpono hec ē vera hō est asinus opor tet cōcedere tanꝙ̄ sequēs. Tunc arguitur sic il la ē vera hō est asinus que adequate signi ficat hominem esse asinū. ergo verū ē homi nem esse asinū ꝯsequēs īpossibile. ¶ Pro aliquali ergo responsione in hac materia pono aliquas regulas. quarū prima ē ista. Quan documqꝫ ponitur duas ꝓpositiōes ꝯuerti ade quate significādo quarum vna est necessa ria ⁊ alia īpossibilis non admittitur casus: iste. quia tunc ex necessario sequeretur īpossibi le vt deus ē ergo hō est asinus: ⁊ demonstro p li sic adequate significādo significata con sueta. Secunda regula ē ista quādocunqꝫ ponitur duas propositiones cōuerti sic ade quate significādo quarū vna ē possibilis et alia īpossibilis nō admittitur casus iste: vt si ponatur istas conuerti sic adequate signi ficādo: tu es hō ⁊ hō est asinus nō admutta tur: quia tunc ex possibili sequitur īpossibile: pro batur ⁊ pono casum illū quo admisso facio istā cōsequētiā tu es hō: ergo homo ē asinus cōsequētia bona antecedens ē possibile: et cōsequens impossibile: nā possibile est te es se hominē. ⁊ hec propositio tu es hō sic ade quate significat ergo ipsa ē possibilis: ⁊ est antecedēs: ergo antecedens ē possibile. Si militer hominē esse asinum ē impossibile: ⁊ ista ꝓpositio homo est asinus: sic adequa te significat: ergo ipsa est impossibilis: ⁊ est consequens: ergo ⁊ cetera. ¶ Tertia re gula est ista quādocunqꝫ ponitur duas ꝓ positiones cōuerti sic adequate significan do: quarum vna est necessaria: ⁊ altera con tingēs: non admittitur iste casus: vt si poni tur istas ꝯuerti deus ē: ⁊ antichristus est fu turus sic adequate significādo: quia tunc ex ne cessario sequeretur ꝯtingēs: probatur: quia si non ad mittatur: ergo casus iste: ⁊ facio istā ꝯsequentiā deus ē: ergo antichristus ē futurus: illa ꝯsequētia ē bo na quia arguitur ab vno ꝯuertibili ad reliquū: ⁊ antecedens ē necessariū: ⁊ ꝯsequens ꝯtingēs: ergo ꝯsequē tia nō valet: sed probatur quod antecedens sit necessarium nā deū eē ē necessariū: ⁊ antecedens sic adequate si gnificat: ergo antecedens ē necessariū. Similiter antichristum eē est cōtingēs: ⁊ ꝯsequens sic adequate significat: ergo ꝯsequens ē cōtingēs. ¶ Quarta regula ē ista quandocū

que ponitur duas ꝓpositiōes cōtingētes ꝯuer ti sic adequate significādo: quarū vna ꝯtradicto rie alteri repugnat: nō admittatur casus ille: vt si ponatur istas ꝯuerti sic adequate signi ficādo tu es: et tu nō es: quia tūc ex vno opposi torū sequitur reliquū: quod ꝓ quodlibet foret con tingēs imo sequitur quod duo cōtradictoria forēt simul vera aut simul falsa: quod nō ē possibile. Et notāter dico cōtradictorie: quia si repugna rēt ꝯtrarie deberet admitti casus: ⁊ dici quali bet istarū eē falsam. vt tu curris: ⁊ tu nō mo ueris: he. n. sic adequate significādo nō pos sunt eē simul vere: sed bene simul false. Voco n. ꝯtradictorie illa repugnare que non pos sunt eē simul vera: nec simul falsa sic adequa te significādo. Et ꝯtrarie repugnare voco il la que bene possunt eē simul falsa: sed non simul vera. ¶ 5a regula est ista quandocunqꝫ ponitur duas ꝓpositiones ꝯtingētes ꝯuerti sic ade quate significādo: quarū nulla alteri repu gnat admittatur casus ille: ⁊ ad primam ꝓposi tā respōdeatur sicut ad impertinēs. Ad secūdam vero sicut ad pertinēs sequens: verbigratia po no tibi istā tu es hō: ⁊ tu curris cōuertuntur sic adequate significādo admittatur: ⁊ si ꝓponitur tu es hō cōcedatur tanꝙ̄ verū nō repugnās: ⁊ cōsequēter quod illa ē vera tu curris tanꝙ̄ se quēs. Item si variatur ordo ita quod primo loco ꝓ ponatur tu curris negatur. quia falsa impertinēs ⁊ ꝯsequēter negānda ē illa tu es hō. Et si di catur ista ē falsa tu curris cōcedatur ⁊ cōseqn ter quod ista ē falsa tu es hō. ¶ 6a regula est ista: quandocunqꝫ ponitur duas ꝓpositiones cōuerti: siue sint cōtingētes: siue nō cōtingētes: nō faciēdo mētionem de adequato significato: admittatur casus: ⁊ ipsis propositis quo ad concedere vel negare respondeatur intus sicut extra: sed si prima conceditur esse vera vel necessaria: ⁊ secūda similiter. Si autem fal sa vel īpossibilis: ⁊ secunda similiter verbi gratia si ponitur ista deus ē ⁊ hō est asinus rñsū est in principio: sed si pono tibi istā tu es hō: ⁊ tu curris cōuertuntur admittatur: qua admis sa propono tu es hō concedatur: deinde tu curris negatur. Sed si dicitur prima est vera concedatur: ergo secunda est vera concedo: sed tunc nego quod secunda significet adequate te currere tanꝙ̄ repugnans vni cōcesso ⁊ op posito bene negati: sequitur enim tu nō cur

tis: ⁊ ista tu curris ē vera. ergo non significat adequate te currere. ¶ Et si arguitur sic illa ꝯña est bona tu es hō ergo tu curris ⁊ antecedens est concedenduȝ a te: ergo ⁊ cōsequens: concedo: tunc vltra ꝯñs est concedendum a te ⁊ tu negas ipsum: ergo male respondes. non valet consequentia: sed oȝ addere in antecedente: ⁊ tu non es obligatus. ¶ Notandum ꝙ quotienscunqȝ ꝓponitur aliqua istarum cōsequentiarum in casu conuertibilitatis deus est ergo homo est asinus: tu es homo: ergo tu curris semꝑ negatur quelibet istarum: qꝛ in rei veritate q̄libet istarum ē impossibilis: sed ad impossibile respondendum ē intra tempus obligationis sicut extra: tamē dicatur quamlibet illaruȝ esse bonam sicut semꝑ negatur ista homo ē asinus: ⁊ tamen aliquādo conceditur istam esse veram: nam ista homo ē asinus ē impossibilis: sed ipsa esse veram nō ē impossibile. Similiter quelibet istaruȝ cōsequentiarum ē impossibilis: sed quālibet illarū esse bonā nō ē impossibile: quare ⁊c̄.

De similibus ⁊ dissimilibus propositionibus ē dicendū. Sit ergo rei veritas ꝙ sis parisius: ⁊ pono tibi istam: tu es parisius ⁊ tu es rome sunt similia: ⁊ itelligēdo ꝑ ꝓpōnes esse similes ipsas eē similes in veritate vel falsitate: q̄ admissā propono tibi istam tu es parisius hec est concedenda: qꝛ vera ⁊ imꝑtinēs: vt patet intuenti. Deinde propono tu es rome. Si negas ⁊ concessisti alterum similium: g̊ male respondes. Si concedis propono tibi istam copulatiuā: tu es parisius: ⁊ tu es rome. Si negas eam ⁊ cōcessisti vtranqȝ partem: ergo male respondes: tenet consequētia per regulam primi capituli. Si concedis eam cedet tempus obligationis. Et arguo ꝙ concessisti īpossibile: videlicet tu es parisius ⁊ tu es rome facta obligatione possibili: ergo male respondisti. Respondetur admittendo positum ⁊ cum proponitur tu es parisius concedo ⁊ nego istam tu es rome. Et cum dicitur tu concessisti vnum similiū: ⁊ alterum negas: ergo male respondes: nego consequētiam sicut non sequitur tu concessisti vnum cōuertibilium: ⁊ alterum negas ergo male respondes. Sed bene sequitur: tu concessisti vnum similium esse verū ⁊ alterum negas esse verum: ergo male respondes: propterea si in principio proponitur hec ē vera tu es parisius concedatur: et consequenter ꝙ hec est vera tu es rome: et primitus negassem istam tu es rome ideo nego consequenter ꝙ illa tu es rome significet adequate te esse rome. Nam sequitur tu non es rome: ⁊ illa tu es rome ē vera: ergo ñ significat adequate te esse rome. Ideo pro euidentia huius materie pono aliquas regulas. Prima est ista. Quādocunqȝ ponuntur due propositiones esse similes non faciendo mentionem de adequato significato respondeatur ad easdem concedendo negando vel dubitando infra tempus obligationis sicut extra: vt si ponitur istas esse similes deus ē: ⁊ homo est asinus: tu sedes ⁊ tu curris: semper concedatur prima ⁊ negatur secunda. ¶ Secunda regula est illa. Quandocunqȝ ponuntur due propositiones esse similes non faciendo mentioneȝ de adequato significato ad primam propositionem esse veram vel falsam: respondeatur sicut extra: ⁊ ad secundam consequēter: verbigratia pono tibi illam tu es homo: ⁊ antichristus ē sunt similes si proponitur primo: hec est vera: tu es homo concedatur: ⁊ consequenter ꝙ ista ē vera antichristus ē. Si autem primo proponitur hec ē falsa antichristus ē concedatur: ⁊ consequenter ꝙ ista ē falsa tu es homo. ¶ Tertia regula est ista. Quandocunqȝ ponuntur due propositiones esse similes sic adequate significando: quarum vna alteri contradictorie repugnat: non admittendus ē casus: vt si ponātur tales esse similes deus ē: ⁊ homo est asinus: sic adequate significando rex sedet: et nullus rex sedet: probatur quia si nō admittatur ergo casus. Et quero vtrum illa sit vera vel falsa deus ē: ⁊ si dicatur ꝙ illa sit falsa: ⁊ ipsa adequate significat deum esse: ergo deum esse est falsuȝ. Si dicitur ꝙ ipsa sit vera: ergo hec est vera homo est asinus: et ipsa adequate significat hominem esse asinum: ergo hominem esse asinum est veruȝ consequens inconueniens. Et ita arguitur de contradictoriis probando duo contradictoria simul esse vera vel falsa. ¶ Quarta

regula est ista. Quãdocũq3 ponuntur due
ꝓpositiões esse similes sic adequate signi
ficando: quaruz vna vel quelibet sequitur
ad contradictorium alteri⁹ ille sunt similes
in veritate ⁊ vbiq3: ⁊ quãdocunq3 ꝓponũ
tur sunt concedẽde vt posito ꝙ ponantur ta
les esse similes sic adequate significando ti
bi cõcluditur: ⁊ tu nescis tibi concludi: tu ñ
curris: ⁊ tu moueris: probaẜ. Nam admisso
isto casu quero vtrum iste sint similes vere
vel similes false. Si vero habeo intentum
si false ergo oppositũ regule ẽ veruz: vz tu
scis tibi ꝯcludi: tunc sic tu scis tibi ꝯcludi: ğ
tibi ꝯcluditur illa ꝯña ẽ bona: ⁊ añcedẽs ẽ
verum ğ ⁊ cõsequẽs ẽ verum: ergo non ẽ
falsum cuius oppositum ꝯcessisti. Et ita de
alijs duobus dicatur. ¶ Quinta regula ẽ
ista. Quãdocunq3 ponuntur due propositi
ones eẽ similes: sic adequate significando:
ex quarum vna sequitur oppositum alteri⁹
ille sunt similes in falsitate: ⁊ quecunq3 sit
proposita semper est neganda: vt posito ꝙ
iste essent similes sic adequate significãdo:
tibi non cõcluditur: ⁊ tu scis tibi concludi ⁊
tu es albus: tu nõ es coloratus: quo admis
so propono ille sunt false si concedis habeo
intentum. Si dicitur ꝙ sint vere: arguo sic
tu es albus: ergo tu es coloratus: illa con
sequentia ẽ bona: añs ẽ verum ꝑ te: ergo ⁊
ꝯñs: ⁊ ita duo ꝯtradictoria sunt simul vᵃ:
qđ nõ admittit imaginatio. ¶ Sexta regu
la ẽ illa. Quandocunq3 ponuntur due pro
positiones eẽ similes sic adequate significã
do: quarum quelibet ẽ alteri impertinens
tunc possunt esse similes in veritate ⁊ in fal
sitate concedende ⁊ negãde vebigratia po
no ꝙ ille sint similes sic adeqͣte significãdo:
tu es hõ ⁊ tu curris. Si primo proponit tu
es homo cõcedatur illa: ⁊ dicatur ꝙ ẽ vera:
⁊ consequenter concedatur illa tu curris ⁊
dicatur ipsam esse veram. Si autez propo
nitur ꝑmo loco tu curris: negatur illa: ⁊ cõ
cedatur ipsam esse falsam: ⁊ ꝯsequenter eo
demmõ rñdetur ad illã tu es hõ: quare ⁊c̃.

PRopositiones dicuntur esse dissi
miles quando vna est vera: ⁊ reli
qua falsa. Pro cuius materie de
claratione sit hec prima regula: Quando
cunq3 ponitur duas propositiones esse dis
similes non faciendo mentionẽ de adequa
to significato ad quamlibet propositã cõce
dendo vel negando: respõdeatur infra tem
pus: sicut extra verbigratia pono q' isti sint
dissimiles tu es homo: ⁊ tu es alb⁹: illo po
sito concedatur quelibet illarũ. Secunda re
gula quãdocunq3 ponitur duas propositio
nes eẽ dissimiles nõ faciendo mentionem
de adequato significato ad primo proposi
tam esse veram vel falsam: respondeatur in
fra tempus sicut extra: ⁊ ad aliam dissimili
ter: verbigratia: pono ꝙ isti sunt dissimiles
tu es hõ: ⁊ tu es animal: quo admisso pro
pono hec ẽ vera tu es homo concedatur: ⁊
consequenter ꝙ ista ẽ falsa tu es animal.
Tertia regula quandocunq3 ponitur duas
propositiones esse dissimiles sic adequato
significando: quarũ quelibet cũ altera con
uertitur: non admittendus est casus vt hõ
est: deus ẽ vel homo currit: ⁊ risibile currit.
Nam si conceditur illam esse veram hõ est
oportet cõcedere istam esse falsam deus est
⁊ sic ab vno conuertibili ad reliquuz nõ va
let argumentũ. Quarta regula ẽ illa. Quã
docũq3 ponuntur due propositiones eẽ dis
similes: sic adequate significando: quaruz
vna ẽ necessaria ⁊ altera ĩpossibilis vel con
tingens tunc necessaria semper ẽ ꝯcedenda
⁊ altera neganda: vt deus est: ⁊ hõ est asin⁹
deus ẽ: ⁊ tu es. ¶ Quinta regula si ponun
tur due propositiones contingentes eẽ dissi
miles: sic adequate significando quarum
vna antecedit ad reliquã ⁊ non econtra an
tecedens vbicũq3 ꝓponitur semper est ne
gandũ: ⁊ consequens concedendum: vt tu
curris: ⁊ tu moueris. Si enim concedereẜ
añs oporteret ꝯcedere cõsequẽs: ⁊ ꝯñter
dicere quãlibet illarum esse veram quod ẽ
contra casum. ¶ Sexta regula. Si ponunẜ
due propositiões esse dissimiles sic adequa
te significando: quarũ quelibet ẽ alteri ĩper
tinens ad primo propositã: rñdeatur intus
sicut extra: ⁊ ad aliam dissimiliter: vt posito
ꝙ isti sint dissimiles sic adequate significã
do tu curris: ⁊ tu es parisius: quecunq3 illa
rum proponatur: primo debet negari ⁊ alia
cõcedi ⁊ ita dicatur si ambe extra tꝑs eẽnt
vere: vt hõ currit ⁊ tu vides: quare ⁊c̃.

Regulas alias opposite specie que de
positio nuncupatur sequtur assigna
re: quarum prima est ista. Omne de
positum ꝛ admissum ifra obligationis ꝓ
positum semper ē negandum: vt si depona
tur ista: aliquis homo ē rome qua admissā
ꝛ proposita semper est neganda. ¶ Ex ista
regula sequitur ꝙ nunq̃ȝ est admittendū
necessarium per se in depositione: sed bene
quodlibet ipossibile vel contingens: vnde
negare ipossibile vel cōtingēs ñ ē icōueni
es: sed incōueniēs foret negare necessariū p
se. ¶ Scd̃a reᵃ est ista. Omne p se añs ad
depositum aut cum concesso vel cum con
cessis opposito bñ negati vel oppositis be
ne negatoꝝ: semper ē negandū verbigra
tia deposita ꝛ admissa ista hō currit: si ꝓpo
neretur ille hō currit neganda foret: qꝛ an
tecedit ad depositum. Nam bene sequitur
iste homo currit: ergo hō currit. Item si de
ponatur ꝛ admittatur ista aliquis hō non
currit ꝛ proponitur: tu non curris concedat
qꝛ vera ꝛ imptinens: sed proposita in secū
do loco tu es homo neganda ē qꝛ cum vno
ꝯcesso antecedit ad depositum. Nam sequi
tur tu non curris ꝛ tu es aliquis hō ergo a
liquis homo nō currit. ¶ Tertia reᵃ ē ista
Omne repugnās deposito: ꝛ omne sequēs
ex illo repugnante p se aut cum ꝯcesso: vel
cū ꝯcessis opposito bñ negati vl' oppositis
bñ negatoꝝ ē ꝯcedēdū: verbigrā. Depono
tibi istā aliqd aial ñ currit q̃ deposita ꝛ ad
missa ꝓpono eius ꝯtradictoriū. s. oē aial
currit: hoc est concedendum ꝛ hoc similiter
omne animal mouetur: qꝛ sequitur ex ꝯtra
dictorio ꝺpositi. Deinde si proponitur tu es
animal concedatur: qꝛ verum ꝛ impertinēs
ꝛ vlterius illam tu curris: qꝛ sequitur ex cō
tradictorio depositi cuȝ cōcesso: sequitur. n.
oē animal currit tu es animal: ergo tu cur
ris. ¶ Quarta regula ē ista. Oē repugnās
cōtradictorio depositi per se aut cum conces
so vel cum concessis opposito bene negati:
vel oppositis bene negatorum est negādū
vt i casu priori si proponeretur ista aliquod
animal non mouetur aut ista tu non curris
negatur prima: quia repunat cōtradictorio
depositi p se Secunda vero repugnat eidē
cū vno cōcesso. ¶ Ultima regula ē ista. Ad
oē sequens ad depositum ꝛ ad oē imperti
nens respondēdū ē ꝺm suam qualitatē. ver
bigratia depono tibi istaȝ tu es albus qua
admissa ꝓpono tu es coloratus concedat
qꝛ vera ꝛ sequens ad depositū: vnde non ē
inconueniēs negare antecedēs ꝛ concedere
consequēs. Itē si proponit ista tu es calidꝰ
ꝯcedenda ē: qꝛ vera ꝛ ipertinēs tā deposito
q̃ȝ cōtradictorio depositi. Unde proprie im
ꝑtinēs in hac specie obligationis: di illud
quod non sequitur nec antecedit ad deposi
tum nec eidē repugnat nec est sequēs ad op
positum depositi nec eidē repugnat p se vel
cum alio vel cum aliquibus: vt dictum est.
Ideo si deponitur ꝛ admittitur illa sor: cur
rit: ꝛ ꝓponatur: plato: currit: respondeatur
intus sicut extra: qꝛ est propositio iptinēs
cū non se habeat aliquo dictoꝝ modorum.

Sophismata aliqua sunt ponenda
vt depositionis regule magis pate
ant veritati. Depono ergo tibi pri
mo istam. Tu es homo vel tu es rome qua
deposita ꝛ admissa propono tu es homo
si negas. tu negas veꝝ ꝛ imptinens: ergo
male: si cōcedis ꝛ illud est antecedens ad de
positum: ergo añs ad depoᵐ est conceden
dū. ¶ Rñdet admitēdo depoᵐ ꝛ cū ꝓpo
nitur tu es hō nego: qꝛ añcedit ad depositū
tāq̃ȝ a pte disiunctiue ad totā disiunctiuaȝ.
¶ Scd̃o depono tibi istā alique ꝓpōes ñ
sunt ỽe: qua admissa propono iste sunt pro
positiōes tu curris tu nō curris ꝯcedēdū ē:
qꝛ verū ꝛ iptinēs. Deinde ꝓpono duo ꝯtra
dictoria sūt simul ỽa si negat ꝯtra oēs pro
pōnes sunt ỽe sȝ iste sunt ꝓpōes: g̃ iste sūt
ỽe ꝛ iste mutuo ꝯtradicūt: g̃ duo ꝯtradicto
ria sunt simul vera. ¶ Rñdetur negando
ꝙ ista sint ꝯtradictoria: qꝛ antecedit ad de
positum. Nā sequitur illa sunt ꝯtradictoria
g̃ alique ꝓpōes nō sunt vere. ¶ 3ᵒ depo
no tibi istā antixp̄s nō est albꝰ vel antixp̄s
ē coloratus. Si nō admittis ꝯtra illa ē vna
disiūctiua ꝯtingēs: qꝛ quelȝ prs ē ꝯtingēs:
ꝛ nulla alteri repugnat: g̃ ē admittenda: pȝ
ꝯña p p̄mā regulā qua admissa ꝓpono tibi
añxp̄s: est coloratꝰ: si ꝯcedis tu ꝯcedis añs
ad depositū: g̃ male respōdes pȝ. Nā sequit
antixp̄s ē coloratus: g̃ antichristus nō ē al

bus vel antichristus ē coloratus: patet con sequentia a parte disiunctiue ad totam dis iunctiuam. Si vero negas tu negas sequēs ex contradictorio depositi: ergo male añs pro batur. ¶ Nam sequitur antichristus ē albus. et antixps nō est coloratus: ergo antixps ē albus patet ɔña a tota copulatiua ad alteram eius partem et vltra antichristus ē albus: ergo anti christus ē coloratus. patet ɔña ab inferiori ad suum superius sine ipedimento: ergo a primo ad vltimum antichristus ē albus et antichristus non est coloratus: ergo antichri stus ē coloratus. ¶ Respondet nō admit tendo positum: quia est vna disiunctiua neces saria eo quod suum contradictorium ē ipossibi le. videlicet antichristus est albus et antichri stus non ē coloratus. ¶ Et tunc ad argu mentū quelibet eius pars est ɔtingēs et nulla alteri repugnat: ergo illa disiūctiua ē ɔtingēs nego ɔñtiam sed oportet addere in añceden te quod nec contradictoria illarū partium inui cem repugnant: et hoc ē falsum: quia iste repu gnāt inuicem antichristus ē albus et antichri stus non ē coloratus que sunt ɔtradictoria ptium disiunctiue. ¶ Quarto depono tibi istam tu es: et oē tibi depositum ē a te negā dum quo admisso et negato propono oē ti bi depositū ē a te negandū. Si conceditur, p pono tibi illam tu es. et patet quod ē neganda ex quo copulatiua ē neganda et altera pars ē concedenda. Deinde ppono nullum tibi depositum ē a te negādum si concedis tu cō cedis oppositum regule et vnus ɔcessi: ergo male añs probatur. Nam sequitur tu non es: ergo nullū tibi depositum ē a te negādū: patet ɔña quia ɔtradictorium ɔñtis repugnat añti ex quo asserit te esse. ¶ Respondetur negando quod tibi depositū sit a te negandū: quia antecedit ad depositum: sequitur enim oē tibi depositū ē a te negandum: ergo tu es. et oē tibi depo situm ē a te negandum. patet consequentia a parte copulatiue ad totam copulatiuam cuius antecedens antecedit ad alterā par tem. Et si dicitur tu negas regulam dicatur quod illa non est regula. sed ista. Omne depositū admissum ē negandū. ¶ Vel aliter dicitur quod quelibet regula ē contingēs: quia ad placi tum facte sunt ille regule: ergo quelibet talis ē deponenda: et admittēda in depositione vel

neganda: quia negata dicitur quod illa non est regula nō tanquam verum sed tanquam repugnās sequitur enim non omne depositum est a te negandum: ergo illa nō est regula. Omne depositum ē negandum quare etc.

¶ Tractatus insolubilium incipit.

Insolubile est propositio se esse falsam assertiue significans: vt hoc ē falsum seipso demonstrata. Insolubilibus tamen ē differentia quo ad significare seipsum esse falsum quoniam aliquod insolubile signifi cat immediate seipsum esse falsum: vt hoc ē falsum seipso demonstrata. Aliquod autem mediate: quia exigitur medium ad inferendū se esse falsum: vt omnis propositio ē falsa: quia non sequitur imediate: ergo ista propositio ē falsa demonstrando illā vniuersalē: sed bene sequitur cū tali medio et illa ē proposi tio. ¶ Similiter hoc non ē verū: ergo hoc est falsum demonstrado antecedēs: quia ex ne gatiua nō sequitur affirmatiua: tamen bene sequitur cum tali medio et hoc est propositio. ¶ Pro declaratione pdicte diffinitionis pono duas diuisiones: quarum pma ē ista. ¶ Insolubilium aliquod ortum ex actu no stro. ¶ Aliquod vero ex proprietate vo cis. ¶ Insolubilia ortum habentia ex actu nostro sunt ista. sortes dicit falsum: ego nō dico verum. ¶ Iste homo intelligit falsum tu non intelligis verum. ¶ Insolubilia ve ro ortū habentia ex proprietate vocis sunt ista. ¶ Omnis propositio ē falsa. Nulla p positio ē vera. hoc ē falsum: hoc non ē verum. ¶ Secunda diuisio ē ista. Insolubilium ali quod ē insolubile simpliciter. aliquod vero secundum quid. ¶ Insolubile simpliciter est illud cui annectitur casus quo admisso sequitur contradictio. verbigratia pono quod ista propositio nulla propositio ē vera que sit a: significet pcise sicut termini pretendūt videlicet quod nulla ppositio sit vera et sit om nis propositio. ¶ Isto posito quero vtrum a sit verum vel falsum. Si verum ergo signi ficat precise sicut est: sed a significat precise quod nulla propositio ē vera: ergo nulla ppo sitio ē vera: ergo a non est verum et prius di xisti quod erat verum. ergo contradictio. Si dicitur quod a est falsum: ergo a significat aliter quam ē sed a significat precise quod nulla pro

positio est vera: ergo non est ita q nulla ꝓ positio est vera: ergo non e ita q nulla propositio e vera: ergo aliqua propositio e vera et a est omnis propositio: ergo a e verum: et prius dixisti q erat falsum: ergo contradictio. ¶ Insolubile secundum quid est illud cui annectitur casus quo admisso non sequitur contradictio: vt ponendo q ista propositio nulla ꝓpositio e vera: sit a: et sit omnis propositio et significet sicut termini pretendunt non ponendo precise. Isto posito dicitur q a e falsum: quia significat se esse falsum. Et si arguitur sic a e falsum: ergo a significat aliter quam est sed a significat q nulla propositio e vera: ergo non e ita q nulla propositio est vera: nego consequentiam: quia debuit addi in antecedente dictio exclusiua vel exceptiua: videlicet a significat precise q nulla ꝓpositio e vera vel a no significat nisi q nulla propositio est vera et hoc negatur tanquam repugnans quia si poneretur cum casu non admitterem illum casum. ¶ His premissis diuisionibus pono aliquas regulas: quarum prima e ista. ¶ Omne insolubile singulare sine pronomine demonstratiuo oriens ex actu nostro ad hoc q sit insolubile simpliciter exigit tres conditiones. Prima q vna talis sit omnis talis. Secunda q dicat vel intelligat talem propositionem et nullam aliam. Tertia q illa significet precise sicut termini pretendunt: verbigratia sor. dicit falsum: sit insolubile simpliciter isto modo ponendo q vnus sor. sit omnis sor. qui dicat istam propositione et nullam aliam: sor. dicit falsum que significet sic precise q sor. dicit falsum: probatur hoc. nam admisso casu sit insolubile: a: et quero vtrum a sit verum vel falsum. si dicitur q verum ergo significat precise sicut e. sed a significat pcise q sor. dicit falsum: ergo ita est q sor dicit falsum. sed sor. dicit a: ergo a e falsum quod e oppositum concessi: quia sor. non dicit nisi a. Si dicitur q a sit falsum: ergo significat aliter quam e: sed a significat precise q sor. dicit falsum: ergo non ita e q sor. dicit falsum et sortes dicit a: ergo a non e falsum: ergo co tradictio. ¶ Prima particula ponitur: quia si non poneretur staret q essent duo sor. quorum vnus diceret: a: et alter q ho e asinus et tunc a: e et verum. Secunda particula ponitur: quia aliter staret q idem sor: diceret a et istam homo est asinus et tunc a esset verum. Sed tertia particula ponitur: quia si non poneretur staret q a: significaret solummodo q homo e asinus et sic a esset falsum: aut q significaret solummo q homo e animal et sic: a: esset verum et nullo istorum modorum esset insolubile. ¶ Secunda regula e ista. Omne insolubile singulare sine pronomine demonstratiuo oriens ex actu nostro ad hoc q sit insolubile secundum quid exigit easdem conditiones pter dictionem exclusiua: vt posito q vnus sortes sit omnis sortes et dicat istam propositionem que sit a sor. dicit falsum et nullam aliam: et significet sicut termini ptendunt non ponendo pcise isto posito conceditur: a: et dicitur q e falsum: quia significat copulatiue sicut et quodlibet insolubile. videlicet q sor. dicit falsum et q a est verum: non ergo dicitur a falsum ratione primi significati: sed ratione secundi. ¶ Et si arguitur sic: a: est falsum: ergo significat aliter quam e concedo consequentiam et nego istam: a: significat aliter quam e: sed a significat q sortes dicit falsum: ergo non e ita q sor. dicit falsum: quia debuit addi in antecedente dictio exclusiua vel exceptiua. ¶ Tertia regula e ista. Omne insolubile non singulare seu singulare cum pronomine demo stratiuo orie s ex actu nostro ad hoc q fiat in solubile simpliciter requiruntur due co ditiones solummodo verbigratia ad hoc q ista ꝓpositio: ego dico falsum fiat insolubile simpliciter non oportet ponere primam particula. videlicet q vnus ego sit omnis ego: sed q ego dicam illam et nullam alia sic significa do precise. Et si debet fieri insolubile secundum quid requiruntur et sufficiunt eedem conditiones dempta dictione exclusiua. Exemplum de insolubili non singulari vt falsum dicitur e hic no oportet ponere secundam particula. videlicet q aliquis dicat illa et nullam aliam. sed sufficit ponere q ista sit ois propo q significet pcise sicut ti ptendunt: et tunc e insolubile simpliciter. fiet aut insolubile scdm quid remoue do dictione exclusiua. ¶ Quarta regula est ista Omne insolubile oriens ex proprietate vocis exigit duas co ditiones solummodo vel

tantum vnā. Uolo dicere ꝙ īsolubile oīēs ex proprietate vocis exigit duas conditiones solummodo ⁊ aliquod tantum vnam. ¶ Exemplum primi aliqua propositio est falsa: ad hoc ꝙ fiat insolubile simpliciter oꝫ ponere ꝙ illa sit omnis propositio ⁊ ꝙ sic significet precise ⁊ remota dictione exclusiua fiet insolubile ꝫm quid. Exemplū secundi hoc ē falsum seipso demonstrato ponendo solūmodo ꝙ sic significet pcise fit insolubile simpliciter. Et secundū quid remouendo dictioné exclusiuá. Eodem modo dicitur de ista: hoc non est verum seipso demonstrato ¶ Quinta regula est ista. Omne insolubile quod non est insolubile sine casu dimissa aliqua conditione requisita est penitus dubitabile. verbigratia positis omnibus particulis preter primam huic: sor. dicit falsum que sit: a: dubitatur a: ⁊ etiam an sit verum vel falsum. Nam stat cum casu ꝙ sit verū: dato ꝙ vnus sortes diceret illam scilicet: a ⁊ alius ꝙ deus est. Stat etiam ꝙ sit falsuꝫ dato ꝙ vnꝰ sortes dicat a ⁊ quelibet alius sortes ꝙ deus est. ¶ Eodeꝫ modo si dimitteretur secūda vel tertia particula: quia staret a esse veruꝫ ⁊ a esse falsum: vt exemplificatum est supra. ¶ Et notanter dixi omne insolubile quod nō est insolubile sine casu: quia aliquod est insolubile cum casu ⁊ aliquod sine casu. Exemplum primi Omnis propositio est falsa nulla propositio est vera quarum qualibet dico esse falsam ⁊ insolubilem nullo casu posito. Exemplum secundi sortes dicit falsum: tu intelligis falsum: nulla istarū nuncupanda ē insolubilis sine casu. Ideo in casu insolubilium deficiente aliqua particula necessaria: dubitatur vtrū esset vera vel falsa: quia cum casu staret ꝙ esset vera ⁊ cum eodem casu staret ꝙ esset falsa: vt patet intuenti: Ex predictis regulis sequuntur due conclusiones. quarum pma est ista. Nunꝗ admittēdus est casus a quo trahit originé insolubile simpliciter vt si poneretur quod illa omnis propositio est falsa esset omnis propō sic precise significans non est admittendus casus: quia sequitur contradictio probatur. Nam sit insolubile a: ⁊ quero si a sit veruꝫ si dicitur ꝙ sic: ergo significat precise sicut est: sed a significat precise ꝙ omnis propositio est falsa: ergo ita ē ꝙ omnis propositio est falsa: sed a est ꝓpositio: ergo a est falsum. Si autem conceditur quod est falsum: ergo a significat aliter quam est: sed a significat pcise quod omnis propositio est falsa: ergo nō est ita ꝙ omnis propositio est falsa: ⁊ aliqua propō ē: ergo aliquo a propō ē va: sed a: est oīs propō: ꝗ a est vex: qd ē contradictio. ¶ Secunda cōclusio oīs casus originat insolubile ꝫm qd ē admittendus: ⁊ conceditur insolubile propositum dicendo ipsum esse falsuꝫ: vt ponēdo ꝙ illa propositio hoc est falsum seipso dmonstrato significet sicut termini ptendunt que sit a: tunc admittat casus ⁊ pcedatur a ⁊ dicit ꝙ a ē falsum. Et si arguit a ē falsum ꝗ significat aliter ꝗꝫ ē: sed a nō significat nisi ꝙ hoc ē falsum: ergo nō ē ita ꝙ hoc ē falsum ergo minorē: ⁊ si dr: qd ꝗ aliud significat dr ꝙ significat a eē verum: rōne cuius a ē falsum: vn̄ dictum ē: ꝙ quodlibet insolubile ꝫ qd significat copulatiue scilicet sicut termini ptendunt: ⁊ ꝙ ipsum ē vex ꝗre ⁊c.

Contra predicta obiciā ⁊ soluā vt insolubiliū difficultates melius menti innotescant. ¶ Pono ꝗ primo ꝙ vnus sortes sit oīs sortes: ⁊ dicat illaꝫ ⁊ nullā aliā que sit a sort. dicit falsum: que significet sicut termini pretendunt: nō ponendo pcise: qꝛ casus nō admitteretur illo posito quero de a: vtrū sit verū vel falsum: ⁊ responsum ē ꝙ ē falsum: qꝛ significat significatum falsum vꝫ ꝙ sortes dicit falsum: ⁊ ꝙ a ē vex cuius significationis ꝫa pars est falsa: sed probatur ꝙ ipsum a ē verum: ⁊ probo sic. Omne dicēs a dicit falsum: sortes dicit a: ergo sortes dicit falsum: illa ꝯn̄a ē bona: qꝛ ē sillogismus in tertio pme figure: et an̄s est vex: ergo ⁊ ꝯn̄s ē verum: ꝯn̄s est a ergo a ē verum. ¶ Secūdo arguitur sic falsum dicitur a sorte. ergo sortes dicit falsum tꝫ ꝯn̄a a passiua ad suam actiuā ⁊ an̄s ē verum: ergo ⁊ ꝯn̄s ē verum: ⁊ ꝯn̄s ē a ergo a est verum: ꝙ antecedēs sit verum ꝓbatur. Nam hoc dicitur a sorte demonstrando a: ⁊ hoc est falsum: ergo falsum dicitur a sorte patet consequentia ⁊ a resoluentibus ad resolutum. ¶ Tertio arguitur contradictorium a est falsum: ergo a est verum: tenet con

sequentia: ꝛ antecedens probatur. Nā hoc est falsum sortes non dicit falsum ꝛ hoc ē cōtradictorium a. ergo contradictorium: a: est falsum tenet consequentia cū minori ꝛ maiorem probo. Nam sortes dicit falsū ꝛ hec sortes non dicit falsum significat precise ꝙ sortes non dicit falsum. ergo ipsa est falsa. patet consequentia a simili. Nam sequitur tu curris ꝛ hec tu non curris significat precise ꝙ tu non curris. ergo ipsa est falsa.

¶ Ad primum respondetur cum proponitur a concedo: ꝛ dicitur ꝙ est falsum. ꝛ tunc ad rationem concedo consequentiam ꝛ consequens ꝛ nego ꝙ consequens sit a. sed est vnum simile a. Et si ponitur ꝙ consequens sit a vel conuertibile cum a dico tunc ꝙ consequentia non valet nec est sillogismus in tertio prime figure. quia sillogismus in tertio prime figure: conclusio debet solummodo cathegorice significare. sed illa conclusio significat ypothetice qꝛ est propositio insolubilis. ¶ Ad secundum cum dicitur falsum dicitur a sorte ergo sortes dicit falsum concedo consequentiam ꝛ consequens dicendo ꝙ verum est: sed non est a nec secum conuertibile. si tamen hoc ponatur in casu concedendo iterum consequentia. ꝛ dico ꝙ valet: ꝛ tunc ad rationem a passiua ad suā actiuam valet argumentum. dicitur ꝙ verum est. sed illa non est sua actiua: qꝛ passiua significat solumodo cathegorice: ꝛ actiua ypthetice. ꝛ si queritur que est sua actiua dico ꝙ illa sortes dicit falsum prolata a te vel a me: que non est conuertibilis cum a: sed solummodo similis a. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ contradictorium a est verum sed non est istud sortes non dicit falsum: sed illud non sortes dicit falsum. quod est verum: quia significat disiunctiue ꝙ sortes si dicit falsum: vel ꝙ a non est veruꝫ cuius significati secunda pars est vera: ꝛ consequēter totum significatum disiunctum. quare ꝛ propositio dicta est vera cuius istud est significatum. ꝛ si dicitur ꝙ in singularibus non refert preponere negationē vel postponere dicitur ꝙ in materia insolubiliuꝫ multum refert. Et i materia quarumcunqꝫ propositonum ypothetice significātiuꝫ. Eadeꝫ est retinenda sententia in insolubilibus singularibus habentibus originem ex proprietate vocis vt hoc est falsum hoc non ē verum dicendo ꝙ primi contradictorium nō est illud hoc nō est falsum: sed illud nō hoc est falsum. Nam primum insolubile significat ꝙ hoc est falsum: ꝛ hoc est verum demōstrando idem insolubile. ideo contradictorium significat disiunctiue ꝙ hoc non ē falsum: vel hoc non est verum. Similiter contradictorium: secundi insolubilis non est illud hoc est verum sed illud: non hoc non ē verum: ita ꝙ semper preponatur negatio: sicut contradictorium istius tantum tu nō es homo non est illud tantum tu es hō: sed illud non tantum tu nō es hō quare ꝛc.

Dicto de insolubili singulari: nunc de particulari vel indefinito dicendum restat. Pono ergo ꝙ hec sit omnis propositio particularis aliqua propositio particularis ē falsa: que sit a: ꝛ significet sicut termini pretendunt non ponēdo precise: qꝛ non admitteretur casus isto posito a est falsuꝫ: vt patet ex dictis. ¶ Sed cōtra hoc arguitur sic. Omnis propositio particularis ē falsa: ergo aliqua ꝓpositio particularis est falsa: illa consequentia ē bona ab vniuersali ad suam subalternam ꝛ antecedens ē verum: ergo ꝛ consequens: sed cōsequens est a: ergo a est veruꝫ ꝙ antecedēs sit verum probatur: Nam propositio particularis est falsa: ꝛ nulla est propositio particularis quin illa sit falsa: ergo omnis ꝓpositio particularis est falsa. tenet consequentia ab exponentibus ad expositum ꝛ antecedens est verum: ergo ꝛ consequens. ¶ Secundo arguitur sic propositio particularis est falsa: ergo aliqua propositio particularis est falsa: tenet consequentia ab indefinita ad suam particularem ꝛ antecedens est verum ergo ꝛ consequens ꝛ consequens ē a: ergo a est verum ꝙ antecedens sit veruꝫ patet quia suum contradictorium est falsū videlicet nulla propositio particularis est falsa: quia iam concessum ē ꝙ a propositio ꝑticularis ē falsa. ¶ Tertio arguitur sic hoc ē falsum demonstrando aꝭ ꝛ hoc ē aliqua ꝓpositio ꝑticularis: ergo aliqua ꝓpositio ꝑticularis est falsa: ꝯña tenet a resoluentibus ad resolutuꝫ ꝛ antecedens est verum: ergo

⁊ ꝯñs quod ē a. ℂAd primam respondetur concedendo istā consequentiam ois propositio particularis ē falsa: ergo aliqua propō particularis ē falsa: qꝛ ante casum concessissem eam: tamen dico ꝙ nō valet nec arguitur ab vli ad suam subalternā vel suā particularem: qꝛ vniuersalis solūmodo cathegorice significat ⁊ pticularis ista significat ypothetice: vꝫ ꝙ aliqua ꝓpō particularis ē falsa: ⁊ ꝙ a ē verum. Et si diceretur que ē eius particularis dicitur ꝙ non hꝫ aliquā ex quo positū ē ꝙ illa sit ois pticularis. verum tñ ista eadem foret eius pticularis dato ꝙ non esset insolubilis. ℂAd scdām rationem rñdo silr concedendo ꝯñtiam ⁊ negando ipsam eē bonā ⁊ tūc ad argm dico ꝙ ista non ē pticularis huius indefinite: quia pticularis ē insolubilis ypothetice significans: indefinita vero nō ē huiusmodi: eiusdem tñ foret pticularis si neutra earū foret isolubilis. ℂAd tertiā rōnē cōcedit ꝯñ ⁊ negat ipsaꝫ valere: nec arguit resolnētib9 ad resolutū: qꝛ pticularis vel indefinita isolubilis non ē resolubilis: qꝛ significat ypothetice: sed ꝓbanda ē isto modo suū princ significatū ē verū: ergo ipsa ē vera: ⁊ pꝫ ꝙ añs ē falsum. Et si arguitur sic ista propositio pticularis ē falsa: ergo aliqua propositio particularis ē falsa. tenet ꝯñ ab inferiori ad suum superi9 affirmatiue ⁊ sine aliquo signo impediente. ℂDicitur ꝙ ꝯñ nō valet ab inferiori ad suum superius nisi propositio inferioris ⁊ propositio superioris vniformiter significent videlicet cathegorice qualit non est in proposito: vnde si hec propositio homo ē animal significaret principaliter ꝙ homo ē animal ⁊ ꝙ homo est asinus tunc non valeret aliqua istarum ꝯñarum hoc ē animal ⁊ hoc ē homo: ergo homo est animal. Iste homo est animal: ergo homo est animal ⁊ hoc ideo quia ꝯñs significaret copulatiue ⁊ antecedentis nulla pars sic significaret: ⁊ si allegaretur aliqua dictarum regularuꝫ rñdetur vt dictū ē. ℂDicitur ēt vt in alio capitulo ꝙ contradictorium istius aliqua ꝓpō pticularis ē falsa: non ē illud nulla propositio pticularis ē falsa. sꝫ illud nō aliqua ꝓpō pticularis ē falsa. ⁊ si dicit ꝙ iste equalent pp negationē ꝑpositam dicitur ꝙ illa regula habet veritatem in solis cathegoricis: cathegorice solummō significantibus qualiter nō est in proposito. Ideꝫ ē iudiciū de istis aliqua propō particularis non est vera. Aliqua propositio particularis significat aliter q̄ꝫ est: ac etiaꝫ ita de infinitis vt ꝓpositio indefinita est falsa. ꝓpositio indefinita non est vera quare ⁊c.

Nunc de insolubili vniuersali ē dicēdum ponendo ꝙ hec ois ꝓpō vniuersalis ē falsa sit ois propō vniuersalis que significeꝫ sicut termini pretendūt: q̄ sit: a: non ponēdo pcise: qꝛ casus nō admitteretur isto posito dicitur ꝙ a ē falsum: quia falsificat seipsum. ℂContra hoc arguitur aliqua propositio vniuersalis ē falsa: ⁊ nulla est ꝓpō vniuersalis quin ista sit falsa: ergo ois ꝓpō vniuersalis ē falsa: tenet consequentia ab exponentibus ad expositum et antecedens ē verum: ergo ⁊ consequens. ℂSecundo arguitur tantum falsum ē ꝓpositio vniuersalis: ergo ois ꝓpositio vniuersalis ē falsa. tenet cōsequentia ab exclusiua ad suam vniuersalem de terminis transpositis ⁊ antecedens ē verum: ergo ⁊ consequens quod ē a ꝙ antecedens sit veruꝫ ꝓbatur. ℂNam falsum ē ꝓpositio vniuersalis ⁊ nullum non falsum ē propositio vniuersalis: ergo tantum falsuꝫ ē propositio vniuersalis: tenet consequentia ab exponentibus ad expositum ⁊ añs ē verū: ergo ⁊ consequēs. ℂTertio arguitur hoc ē falsum demōstrato: a: ⁊ hoc ē ois ꝓpō vlis: ergo ois ꝓpositio vlis ē falsa. ista ꝯñ ē bona ⁊ añs ē verū ergo ⁊ ꝯñs ꝙ ꝯñ sit bona pꝫ a simili: hoc currit ⁊ hoc ē ois hō: ergo ois hō currit. Cōfirmatur destruendo primum casum ⁊ ponendo ꝙ iste sint omnes propositiones vniuersales. ℂOmnis propositio vniuersalis est falsa: ⁊ omnis homo est asinus sic significando isto posito arguitur sic. Ista propositio vlis est falsa demonstrando primam: ⁊ ista ē falsa demonstrando secundam: ⁊ iste sunt omnes propositiones vniuersales: ergo omnis propositio vlis ē falsa. tenet ꝯñ a singularibus sufficienter enumeratis ad suam vniuersalem ⁊ añs est verū: ergo ⁊ ꝯñs ℂAd hec respondetur ⁊ primo ad primum

cõcedo insolub^{e}: ⁊ nego ipsum eẽ verum ⁊ tũc ad ratioñe cõcedo ꝯñam ⁊ nego ipsam esse bonã: ⁊ tũc ad argumentum ibi arguit ab exponẽtibus ad expositũ: nego q2 a non ẽ propositio exponibilis nisi significaret cathego^{e} solũ vñ si ista oĩs hõ ẽ animal significaret p̃ncipaliter ꝙ oĩs hõ est aĩal: ⁊ ꝙ tu es asinus: tũc p3 ꝙ ista ꝯña nõ valeret hõ ẽ aĩal ⁊ nihil ẽ hõ qn istud sit aĩal: ergo oĩs hõ ẽ aĩal q2 añs ẽ verũ ⁊ ꝯñs falsũ3. Et tũc si allegaret regula: o3 dicere ꝙ ꝯñs non ẽ exponibile pp causam dictã sed ꝓbaret vel ip̄robaret p suũ significatũ copulatũ: sicut ⁊ propõ insolubilis quecũq3. Ad h3 ꝯcedo ꝯñam ⁊ nego ipsã3 esse bonã: nec arguitur ab exclusiua ad suã vlem ex quo exclusiua cathego^{e} significat ⁊ vniuersalis ypothetice ¶ Et si dr̃ que eius ẽ singularis dr̃ ꝙ nullã h3: vñ si hec oĩs hõ ẽ aĩal significaret ypothetice verũ ⁊ falsum ⁊ hec tm̃ animal est hõ mõ ꝯsueto: dicerẽ tũc vlem illã nõ esse vlem huius exclusiue nec ex^{o}ita in proposito est dicẽdũ. ¶ Ad tertiũ arg^{m} dico similiter ꝙ nõ valet ꝯ^{a}: ⁊ cum dr̃ ꝙ a simili bene valet: dico ꝙ ñ ẽ similitudo: q2 ꝯñs vnius ꝯñe significat cathego^{e} solũ ⁊ aliud ypothetice: vñ si hec oĩs hõ currit significar3 ꝙ oĩs hõ currit: ⁊ ꝙ deus nõ est ista ꝯña tunc nõ valeret: hoc currit: ⁊ hoc ẽ oĩs hõ: ergo oĩs hõ currit pp causã3 dictã: q2 ꝯñs significaret ypothetice. ¶ Ad cõfirmationẽ admisso casu. vt p̃us dico ꝙ ꝯña non valet ⁊ ad arg^{m} a singularibus sufficiẽter enumeratis ad suã vlem: dico ꝙ nõ arguit cũ debito medio qd̃ deberet esse tale: iste sunt oẽs propositiones vles: ⁊ a est verũ: ꝙ certe negatur vnde nec ista ꝯña valeret: iste homo currit ⁊ iste hõ currit ⁊ isti sunt oẽs hoĩes: ergo oĩs homo currit dato ꝙ ꝯñs significaret ypothetice: vt p̃mus: sed oportet addere alterã partẽ significatiuã ⁊ nullus deus est: q̃ addito ꝯ^{a} ẽ bona: sed añs est falsum. Et si q̃ratur de cõtradictoria dr̃ ꝙ est hec non oĩs ꝑpõ vlis est falsa significãs disiunctiue modo opposito de a. Eodem modo est dicendũ de istis vlibus. Omnis propositio vniuersalis significat aliter quam ẽ. Nulla propositio vniuersalis est vera. Et nulla propositio vniuersalis est concedenda.

Exclusiua insolubilis consilis cõtinet difficultates: vt pono ꝙ sor. et tu scitis oẽs loquentes: ⁊ dicat sor: deus est: ⁊ tu tm̃ sor. dicit verũ: ⁊ sit a: ⁊ nullam aliã: ⁊ significet sicut ĩ p̃tendũt precise Isto posito q̃ro vtrũ et sit verũ vel falsũ3: si verum g̃ significat pci^{e} sicut ẽ: sed a significat pcise: ꝙ tm̃ sor. dicit verũ: g̃ ita est ꝙ tãtum sortes dicit verũ: ergo tu nõ dicis verum ⁊ tu dicis a: g̃ non est verũ. Si dicitur ꝙ a est falsum: ergo significat aliter q̃3 est sed a significat precise ꝙ tm̃ sor. dicit verũ ergo nõ ita est ꝙ tantũ sortes dicit verum: sed tu ⁊ sor. estis oẽs loquentes: ergo tu dicis verum ⁊ nõ dicis nisi a: ergo a est verũ ⁊ ita habetur contradictio. ¶ Rñdetur nõ admittendo casum q2 ex eo originat isolu^{e} simpliciter si tm̃ nõ ponitur pcise: admitto casum ⁊ dico a esse falsum: ⁊ tunc ad arg^{m} a significat aliter q̃3 est cõcedo: sed a significat pcise ꝙ tm̃ sor. dicit verũ: g̃ ⁊c. nego minorẽ q2 repugnat casui. Et si dicitur qd g̃ aliud significat. Dico ꝙ: a: significat ꝙ tm̃ sor. dicit vez: ⁊ ꝙ a ẽ vez: nec rõe p̃mi significati ẽ a falsũ: q2 vez ẽ tm̃ sortẽ dr̃e falsu3: sed rõe secũdi significati: q2 cõceditur a esse falsum. ¶ Contra responsionem arguitur. Omne dicens verũ est sor. ergo tm̃ sor. dicit vez: ista ꝯña est bona ab vli ad suam exclusiuã de terminis trãspositis ⁊ añs ẽ verum ergo ⁊ ꝯñs: ⁊ ꝯñs est: a: ergo a est vez ꝙ añs sit verũ probatur. Nã dicens verũ est sor. ⁊ nihil est dicẽs verũ quin illud sit sor. ergo omne dicens vez est sor. p3 consequentia ab exponentibus ad expositum. ¶ Scdo arguitur nihil preter sor. dicit verum: ergo tm̃ sor. dicit verũ ista ꝯña est bona ⁊ añs est verũ ergo ⁊ ꝯsequens ꝙ antecedens sit verum: patet p exponentes. ¶ 3° arguitur sor. dicit verũ ⁊ nihil nõ sor. dicit verũ: ergo tãtũ sor. dicit verũ ista ꝯña est bona ab exponentibus ad expositũ ⁊ añs est verum: ergo ⁊ ꝯñs: sed ꝯñs est a: ergo a est verum. Ad hec omnia põt simul responderi: ꝙ nunq̃3 cõsequens illatũ est a nec cõuertibile cum a: sed solum simile a: sed si ponatur: cum toto casu ꝙ sit: a vel conuertibile cum a. tunc respondetur concedendo oẽs consequentias factas negando tamẽ illas

esse bonas. ¶ Ad primam ergo cum dicit quod ibi arguitur ab vniuersali ad suam exclusiuam: nego quia vniuersalis significat cathegorice et exclusiua ypothetice: quia est insolubilis. ¶ Et si queritur de sua exclusiua dicatur quod est vna similis illi prolata a sor. que non est insolubilis videlicet tantum sor. dicit verum. et ad aliam dicitur quod etiam non valet: nec illa est exclusiua dicte exceptiue: sed illa quam nominaui modo ¶ Et ad tertiam dicitur quod non arguitur ab exponentibus ad expositum: quia ista exclusiua non est exponibilis ex quo ypothetice significat: vnde si ista tantum homo est risibilis significaret principaliter quod tantum homo est risibilis et quod nullus deus est tunc non valeret aliqua istarum consequentiarum: ¶ Omne risibile est homo: ergo tantum homo est risibilis. nihil preter hominem est risibile: ergo tantum homo est risibilis. Item homo est risibilis et nihil non homo est risibile: ergo tantum homo est risibilis. Eodem modo est dicendum ad istas exclusiuas: tantum exclusiua est falsa: tantum exclusiua non est vera: dato quod vna istarum sit omnis exclusiua quod bene admittitur: quia non ponitur precise: et ita respondetur: vt prius ad argumenta probantia aliquarum istarum esse veram. ¶ De exceptiuis vero idem est iudicium: vt in casu priori. ¶ Nihil preter sor. dicit verum. Nulla propositio preter exceptiuam est falsa. Omnis exceptiua preter illam est vera demonstrando seipsam quare etc.

Sequitur dicere de isolubili ypothetico. Et primo de copulatiua pro cuius declaratione pono aliquas regulas. ¶ Prima est ista insolubile copulatiuum cuius vna pars est necessaria per se si eidem in casu adduntur omnes conditiones cum nota exclusionis fit insolubile simpliciter et non admittendus est casus: verbi gratia pono quod illa copulatiua deus est: et nulla copulatiua est vera quam sit a sit omnis copulatiua significans precise sicut termini pretendunt. isto posito et admisso: quero vtrum a sit verum si dicitur quod sic: ergo secunda pars est vera: sed secunda pars significat precise quod nulla copulatiua est vera: ergo nulla copulatiua est vera: ergo a non est verum. Si dicitur quod a est falsum: ergo altera pars est falsa: sed non prima: ergo secunda tunc sic secunda pars est falsa: ergo significat aliter quam est sed ipsa significat precise quod nulla copulatiua est vera: ergo non est ita quod nulla copulatiua est vera et a est omnis copulatiua: ergo a est verum. ¶ Secunda regula est ista. Insolubile copulatiuum cuius vna pars est possibilis vel contingens addendo eidem omnes conditiones cum nota exclusionis fit insolubile secundum quid et admittendus est casus: verbi gratia pono quod ista copulatiua tu es homo et nulla copulatiua est vera que sit a sit omnis propositio copulatiua significans precise sicut termini pretendunt: isto posito et admisso: quero vtrum a sit verum. si dicitur quod sic: ergo secunda pars est vera et ipsa significat precise quod nulla copulatiua est vera ergo ita est quod nulla copulatiua est vera: ergo a non est verum. Si dicitur quod a est falsum: ergo altera pars est falsa: et non prima: ergo secunda: tunc arguitur sic. secunda pars est falsa: ergo significat aliter quam est sed ipsa significat precise quod nulla copulatiua est vera: ergo sic ita est quod nulla copulatiua est vera et a est omnis copulatiua: ergo a est verum. Et ita videtur sequi contradictio in isto casu sicut in priori: et per consequens quod secunda regula non est vera.

¶ Respondetur admittendo positum et dicitur quod a est falsum: et tunc consequenter oportet dicere quod prima pars est falsa et secunda vera: et si arguitur si tu es homo et prima pars sic precise significat: ergo ipsa est vera: negatur prima pars antecedentis: quia repugnat casui et vni concesso. Sequitur enim prima pars est falsa et ipsa significat precise te esse hominem: ergo tu non es homo. Eodem modo respondetur si vna pars esset impossibilis: vt homo est asinus: et ista copulatiua est falsa. ¶ Tertia regula est ista. Omne insolubile copulatiuum fit insolubile secundum quid addendo eidem omnes conditiones preter notam exclusionis et admittendus est casus: vt pono quod ista sit omnis copulatiua deus est nulla copulatiua est vera significans sicut termini pretendunt que sit a. Isto posito dicitur quod a est falsum non quidem pro prima parte sed pro secunda. Et si arguitur sic secunda pars est falsa: ergo significat aliter quam est concedo: sed ipsa significat precise quod nulla

copulatiua est vera. ergo nō est ita ꝙ nulla
copulatiua ē vera. nego minorem ex eo ꝙ
illa secunda ps significat copulatiue ꝙ nul
la copulatiua est vera: ⁊ ꝙ a est verum ⁊ ꝑ
pterea: a: significat tria significata copulati
ue. videlicet ꝙ deus ē ⁊ ꝙ nulla copulatia
est vera ⁊ ꝙ a est veruꝫ. Et non dicitur a fal
sum propter primum significatum aut secū
dum sed propter tertium: Eodem modo di
citur ad illud insolubile tu es ⁊ ista copula
tiua non ē vera ponendo casum priorem.
¶ Ex prima regula sequitur ꝙ si ponitur
hanc deus est vel quācunqꝫ aliam esse om
nem propositionem ⁊ significare precise de
um esse vel quodcunqꝫ per se necessarium
⁊ hoc est falsum demonstrando illam pro
positionem non admittendus ē casus: quia
sequitur contradictio. ¶ Ex secunda regu
la sequitur ꝙ si ponitur istam deus est vel
quamcunqꝫ aliam esse omnem propositio
nem ⁊ significare precise hominem esse asi
num: vel te esse ⁊ ꝙ hoc ē falsuꝫ demonstrā
do eandem propositonem amittendus est
casus ⁊ dicitur illam esse falsam deus est.
¶ Ex tertia sequitur ꝙ si ponitur istam de
us ē vel quacunqꝫ aliam esse omnem pro
positionem ⁊ significare sicut placet ⁊ ꝙ h
ē falsum non ponendo precise admittendus
ē casus ⁊ dicitur istam esse falsa quare ⁊c.

Restat dicere consequenter de insolu
bili disiunctiuo: pro cuius declarati
one hec prima regula īsolubile dis
iunctiuuꝫ cuius vna pars ē per se fit insolu
bile simpliciter si eidē in casu adduntur oēs
cōditiones cū nota exclusionis: verbi grā
posito ꝙ illa disiunctiua que sit a nullus d
us ē: vel nulla disiunctiua ē vera sit oīs dis
iunctiua significans precise sicut termini ꝓ
tendunt. Isto posito ⁊ admisso quero vtruꝫ
a sit verum. Si dicitur ꝙ sic: ğ altera pars
ē vera: ⁊ nō prima: ğ secunda tūc arguit sic.
Secunda pars ē vera ğ significat precise et
principaliter: sicut ē. Sed scđa pars signifi
cat precise ꝙ nulla disiunctiua ē vera: ğ ita
ē ꝙ nulla disiuntiua ē vera: ⁊ per cōsequēs
a non ē verum: Si dicitur ꝙ a est falsum: ğ
secunda pars ē fasa sed ipsa significat pre
cise ꝙ nulla disiunctiua ē vera: ğ non ē ita
ꝙ nulla disiunctiua ē vera: ⁊ a ē omnis dis
iunctiua: ğ a ē veruꝫ. ¶ Propterea dicitur
ꝙ a in casu isto ē īsolubile simpliciter ideo
non admittendus ē casus: quia implicat cō
tradictionem. ¶ Secunda regula ē ista in
solubile disiunctiuum apparenter cuiꝰ vna
pars ē contingens falsa fit insolubile: secun
dum quid eidem addendo in casu omnes
conditiones cuꝫ nota exclusiōis: verbi gra
tia. Pono tibi istam tu non es homo: vel
nulla disiunctiua est vera que sit a: ⁊ sic om
nis disiunctiua significans precise sicut ter
mini pretendunt. isto posito ⁊ admisso: que
ro vtrum a sit verum si dicitur ꝙ sic: ğ vna
pars ē vera non prima: ğ secunda. tunc ar
guitur sic. Secunda pars ē vera: ğ signifi
cat precise sicut ē. Sed ipsa significat preci
se ꝙ nulla disiunctiua ē vera: ğ ita ē ꝙ nul
la disiunctiua ē vera: ğ a non ē verum. Si
dicitur ꝙ a est falsum: ğ secunda pars falsa.
Sed ipsa significat precise ꝙ nulla ē disiun
ctiua ē vera: ergo a nō est veꝝ. Si dr̄ ꝙ a ē
fl'm: ğ 2a ps ē fl'a. Sꝫ ipsa significat ꝑcise ꝙ
nulla disiūctiua ē vā nō ē ita ꝙ nulla disiū
ctiua ē vera: ergo aliqua disiunctiua est ve
ra: ⁊ a ē omnis disiuntiua: ergo a ē verum:
⁊ ita vt apparet sequitur contradictio: in
isto casu sicut in primo: ⁊ per cōsequens re
gula non est vera. ¶ Respondetur conce
dendo regulam ⁊ admittendo casum ⁊ dici
tur ꝙ a ē verum: ⁊ tunc quando dicitur non
ad propositum li substantia potest esse spe/cies: sed non sic adequate significando scili cet substantiam. ¶ Tertia diffinitio principalis fuit ista species est terminus vniuocus nõ supremus pdicabilis in qd de plurib⁹. ¶ Cõtra arguitur sic li sba est terminus vniuoc⁹ nõ supremus predicabilis in quid de pluribus: ꝛ tamen non est species: ergo diffinitio insufficiens: tenet consequentia cum minori: ꝛ maior probatur. Nam ꝙ li substantia predicetur de plurib⁹ in quid: patet: ꝛ ꝙ sit terminus non supremus ꝓbatur. Nam aliquis terminus ẽ supra eum ergo nõ ẽ supremus: consequentia tenet: ꝛ antecedens ꝓ/batur de isto termino ens qui est supra istũ terminũ sba q2 ois sba est ens: ꝛ nõ ecõtra. Respondetur ꝙ queadmodum li substantia ẽ genus generalissimũ: ita est terminus supremus: ꝛ cum dr̃ li ens ẽ supra eũ: nego: q2 superioritas ꝛ inferioritas nõ reperit̃ nisi i predicamẽto: ꝛ li ens nõ est in pdicamento ĝ ñ ẽ supra nec ifra. Et cũ dr̃ ois sba ẽ ens ꝛ nõ ecõuerso ergo li ens est supra non valet ꝯña: sed bene sequitur: ergo ẽ terminus cõ/munior vel prior sicut nõ sequitur ois substantia est hõ vel non homo ꝛ nõ ecõuerso: ergo li hõ ꝛ non hõ ẽ terminus supor: null⁹ aũt terminus cõpositus ẽ supra vel ifra aliquem terminũ pdicamentalez. ¶ Quarta diffinitio fuit ista spẽs specialissima est ter/minus q cũ sit spẽs nõ potest esse gen⁹. Ex qua inferebatur ꝙ spẽs subalterna ẽ terminus qui cuz sit spẽs põt esse genus. ¶ Cõtra arguitur sic ille terminus homo est spe/cies spãlissima: ꝛ põt esse genus: ergo neu/tra diffinitio sufficiens ꝯña tenet cum maiori ꝛ minor probatur q2 põt cõuerti cum illo termino animal. Dicitur ꝙ argumentũ nõ procedit ꝯtra intellectũ regule ꝙ ẽ iste spẽs spãlissima ẽ terminus cũ sit spẽs non potest esse genus sic adequate significando sicut li homo sed iam in proposito si li hõ converteretur cum li al' nõ adequate significaret hominem. ¶ Quinta diffinitio fuit ista dña ẽ terminus vniuocus predicabilis in quale essentiale. ¶ Contra arguitur sic li rationale ẽ dña ꝛ tamen non est terminus vniuoc⁹: ergo diffinitio insufficiẽs tenet consequẽtia ꝛ antecedẽs probatur nam significat hominem sub ratione qua sensitiuum ꝛ intellectiuum ꝛ significat angelum sub ratione intellectiui solummodo ergo diuersis rationib⁹. ¶ Respondetur ꝙ li rationale diuidit animal quando dicitur animalium aliud rõale aliud irrationale ꝛ tũc nõ significat nisi hominem q2 nõ significat nisi animal rationale: sed nullus angelus ẽ animal rationale: ergo non significat angelum ꝛ ita vnum assumptum fuit falsum. ¶ Sexta diffinitio fuit ista proprium est terminus vniuocus predicabilis de pluribus in eo ꝙ quale ac/cidentale ꝯuertibiliter vt risibile quod predicat̃ de sor. ꝛ platõe accñtalr̃ ꝯuertibilit̃. ¶ Cõtra istã diffinitionẽ arguit̃ sic li ris^e est proprium ꝛ tamen non predicatur de pluribus conuertibiliter: ergo diffinitio insufficiens tenet consequentia cuz maiori ꝛ minor probatur: naz li ris^e predicatur de sor. ꝛ platone ꝛ non conuertibiliter q2 sor. ꝛ ris^e non conuertuntur: vnde nõ sequitur ris^e currit ergo sor. currit ĝ ꝛc. Dicendum ꝙ li cõuertibiliter in diffinitione non respicit li pluribus sed istud ratione cuius de talibus predicatur vt3 subiectum quod est i^e terminus homo cum quo ꝯuertitur iste terminus risibile: vnde ista consequentia non valet li ri/sibile predicatur de sorte ꝛ platone ꝛ non cõ/uertitur cum illis: ergo nõ cõuertitur: arguitur eni3 ab inferiori ad suũ superius negatione ꝑposita ¶ 7ª diffinitio erat ista accñs ẽ tnus in q̃le accñtale si vniuocus predicabilis de plurib⁹ ꝯuertibilr̃. Cõtra istã diffinitionẽ arguit̃ sic. nã i^e tnus hec albedo ẽ accidens q2 est accidentalis ꝛ tamen non ẽ predicabilis de pluribus q2 ẽ terminus di/scretus: ergo diffinitio insufficiẽs. Soluit̃ h̃ argumentu3 per distinctionẽ dicẽdo ꝙ accidens põt sumi large pro oi termino accñtali cõmuni vel discreto ꝛ sic non sumitur in proposito. Alio modo ꝓ termino acciden/tali cõmuni ꝛ sic diffinitur ad pñs ꝛ secun/dum istum modum patet ꝙ iste terminus hec albedo non est terminus accidentalis nec est pluribus competens accidentaliter. ¶ Octaua diffinitio erat ista predicatio directa est illa in qua superius predicatur de suo inferiori. Indirecta autem econuerso. ¶ Contra istas diffinitiões arguit̃ sic quia

ex illis sequitꝫ ꝙ aliqua est predicatio que
nec ē directa nec indirecta: vt hō est hō: ani
mal est animal qꝛ nec supius nec inferius
predicat᷑. ¶ Ideo respondet᷑ cōcedendo cō
clusionem. Ultima diffinitio fuit ista predi/
catio essentialis ē illa ĩ qua supius predica
tur de suo inferiori: vel dr̃ia de aliquo istoꝝ
aut ecōuerso. Cōtra istam diffinitionē argu
itur sic hō nō est animal non est predicatio
essentialis ⁊ tñ superius predicat᷑ de suo in
feriori: ergo diffinitio insufficiēs tenet ꝯñia cuꝫ
minori ⁊ maiorē ꝓbo: qꝛ ista predicatio est
ĩpossibilis. ¶ Respondet᷑ ꝙ aliqua predi
catio essentialis ē ĩpossibilis. Similiter ali/
qua predicatio cōtingēs ē predicatio essen
tialis vt tu es hō ⁊ antichristus ⁊ aĩal. Itē
aliqua predicatio necessaria ē predicatio ac
cidentalis: vt hō est risibilis animal ē quā
tum aut coloratum quare ⁊c̃.

¶ Obiectiōes ꝯtra materiā sillogismoꝝ.

In materia sillogismoꝝ ē aliqualiter
obiiciendū vt quod nō expresse ē ꝓ
latuꝫ ad lucē reducat᷑. De primo ar
guitur probando in sufficientiā figurarum
sic quattuor sunt figure: ergo diminutiue tres
assignant᷑ cōsequentia tenet ⁊ añs probat᷑:
nam iste est optimus sillogismus oīs hō ē
animal: omne animal ē substātia: ergo om
nis hō est substātia: ergo ē sillogismus ali/
cuius figure ⁊ non pᵉ qꝛ quod subiicitur in
prima non ꝑdicat᷑ in scd̃a: nec est secunde fi
gure: qꝛ non predicat᷑ idē in vtraqꝫ. nec ter/
tie qꝛ non subiicit᷑ ideꝫ in vtraqꝫ: ergo opor
tet dare quartā figurā in qua illud quod ꝑ
dicat᷑ in prima subiiciat᷑ in secūda. ¶ Re
spondet᷑ ꝙ non sunt plures figure q̃ꝫ tres
nec sillogismus prolatus constituit quar/
tam figuram: quia est in prima figura ⁊ in
primo modo: nec dictum est ꝙ non consti
tuat primam figuram quia est in prima fi'
gura alius sillogismus q̃ꝫ iste cuius sb̃m
prime propositiōis est ꝑdicatū scd̃e sed dice
batur. Si subiectū ꝑme est predicatū secun
de sic resultat prima figura. Dicat᷑ ergo ꝙ
ille sillogismus ꝯstituit primam figuraꝫ cu
ius subiectū vnius premisse est predicatū
alterius. ¶ Secundo arguitur in sufficien
tia modorum prime figure sic sillogizando
nullum animal est lapis: quilibet homo est
animal: ergo aliquis homo non est lapis:
iste est sillogismus prime figure: ⁊ tamē nō
est non in aliquo illorum noueꝫ modorūꝫ:
vt patet discurēdo per omnes: ergo plures
sunt q̃ꝫ noueꝫ. ¶ Item sillogizat᷑ sic. Om
ne animal: est substantia. omnis homo ē
animal: ergo homo ē substantia. omnis hō
est animal: ergo homo est substātia iste sillo
gismus ē prime figure ⁊ tamē non est in ali
quo illoꝝ nouem modorū: vt patet intuen
ti: nisi forte diceret᷑ ꝙ esset in baraliptō nec
hoc euadit qꝛ baralipton concludit indire
cte ⁊ predict⁹ sillogismus cōcludit directe:
ergo ⁊c̃. ¶ Dicitur ꝙ primus sillogismus
ē in celarent ñ imedate sꝫ mediate qꝛ ꝑmis
ꝑmissis ꝯcludit᷑ ĩ celarēt nullus homo ē la
pis ex qua sequit᷑ formaliter ꝙ aliquis ho
mo non ē lapis in figura de inesse. ¶ Consi
militer ē dicēdum ad secundū sillogismum
qꝛ ē in ꝑ ꝑme figure ñ imediate sꝫ mediate
cōcludendo istā conclusionem in figura de
in esse ex propria conclusione: vnde iste sil
logismus est immediate in ꝑ prime: omne
animal est substātia: quilibet hō est al' ergo
quilibet homo est substātia: qꝛ non exitur
aliquod medium ad hoc ꝙ sit in primo pri
me figure: sed alius sillogismus est media
te: qꝛ nō seq̇t᷑ ꝯ° 1ª nisi mediate 1ª subintelle
cta q̇libet hō ē substātia tāq̃ꝫ ab vniuersali
ad suā subalternam: Et si ex his conclude
retur ꝙ barbara vel celarent concludit idi
recte: vel indefinite: vel particulariter: con
cedo ñ imediate sꝫ mediate. ¶ 3° ostēdo in
sufficientiā modorum secunde figure sic ar
guendo. Nullus lapis est animal: quilibet
homo ē animal: ergo aliquis homo non est la
pis: vel sic quilibet hō ē animal: nullus la
pis ē animal: ergo nullus hō ē lapis: q̇libꝫ
istoꝝ sillogismoꝝ est in 2ª figura: ⁊ non in
aliquo illoꝝ quattuor modorum vt pꝫ dis
currendo ꝑ singulos. Nam primus sillogis
mus istorum duorū constat ex duabus vni
uersalibus concludentibus particularem:
⁊ 2us concludit indirecte qualiter non repe
ritur in aliquo illorum quattuor modorum
¶ Respondetur vt prius ꝙ primus ē me
diate in cesare quia ex propria ⁊ ĩmediata
conclusione eius seq̇t᷑ ꝯ° adducta forma
liter. Secūdo vero ē in cāestres ēt mediate.
quia ex propria ⁊ ĩmediata cōclusione eius

sequitur conclusio illius sillogismi per conversionem simplicem. ¶ Quarto ostendo sufficientiã tertie figure sic arguendo. Ois homo est substãtia: ois hõ est animal: ergo quedã substãtia est animal vel sic quilibet hõ est risibilis. alquis hõ ẽ vnus homo: ergo aliquod risibile ẽ vnus hõ: isti sunt optimi sillogismi i tertia figura ꝛ nõ in aliquo mõ qꝛ omnes modi tertie figure concludũt directe ꝛ predicti sillogismi cõcludunt indirecte ergo ꝛc. Ideo dr̃ vt primo ꝙ primus est in darapi: ꝛ secundus in datesi: non imediate sed mediate: ꝑ conuersionẽ simplicẽ imediate conclusionis ꝛ ita non est inconueniens ꝙ modi tertie figure cõcludãt indirecte nõ imediate sed mediate solum quare ꝛc.

¶ Obiectiones contra modos figuraruꝫ.

Arguitur cõiter contra figurarum modos ꝓbãdo sillogismos factos in illis aliqualiter non tenere. Et ꝓ primo contra primũ modũ prime figure. nam iste sillogismus nõ valet. Omnis hõ vel asinus ẽ asinus: omne risibile est homo vl' asinus: ergo omne risibile est asinus. Et ponitur in ꝓ prime figure: ergo modus iste insufficiẽs: consequentia tenet cuꝫ maiori qꝛ omnia reqsita ad primum prime sufficienter exprimuntur. ꝙ autẽ iste sillogismus nõ valet probatur: cõsequens est falsum ꝛ antecedens ẽ verum: ꝓbatur. Nam minor est vera vt pꝫ ex suis exponẽtibus. Et maiorẽ probo inducic. Iste hõ vel asinus ẽ asinus ꝛ iste homo vel asinus ẽ asinus ꝛ sic de singulis ꝛ isti sunt oẽs homines: ergo omnis homo vel asinus est asinus: patet consequẽtia a singularibus sufficienter enumeratis ad suam vniuersalẽ. Respõdetur querẽdo de subiecto distributionis ius vniuersalis. Omnis homo vel asinus ẽ asinus: quid distribuitur vtruꝫ totũ disiunctum vel prima ps solũmodo: si totum disiunctũ nego maiorem: ꝛ ad probationem adductã dico ꝙ quelibet singularis in qua demonstrat' hõ ẽ falsã. iõ ista ẽ falsã iste hõ vel asin⁹ ẽ asin⁹ demõstrãdo hõiem: qꝛ significat ꝙ hoc qđ est hõ vel asinus est asinus ꝛ ħ est falsum. Si autem solũmodo prima pars destribuitur nego consequentiam: qꝛ plus predicat' in minori q̃ꝫ fuerit distributum in maiori. vnde non oportet ꝙ subiectum totius propositionis maioris predicetur in minori ſꝫ sufficit ꝙ subiectuꝫ distributionis: ita ꝙ secundum istam responsionem vniuesalis q̃ est maior habet subiectum distributionis quod est prima pars disiuncti: ꝛ habet subiectum propositionis quod est totum disiunctum primum subiectum expedit predicari in minori ꝛ non secundum nec tali itel ligitur regula prime figure. ¶ Contra secũdum modum arguitur sic iste sillogismus non valet. nulla conclusio est vera: sed omnis conclusio facta incelarent est conclusio: ergo nulla conclusio facta in celarent ẽ vera ꝛ tamen iste sillogismus est in celarem: ergo ꝛc. Minor patet qꝛ sunt omnia requisita ꝛ maior probatur ponendo ꝙ sillogismus factus sit omnis sillogismus quo posito antecedens ius sillogismi est verum ꝓ qualibet parte ꝛ consequẽs falsum qꝛ falsificat se. ¶ Ideo dicitur vt in materia insolubilibus ꝙ dictus sillogismus non est intertio prime quia ꝯclusio est propositio insolubilis ypothetica qualis non est aliqua premissarum. ¶ Contra tertium prime figure arguitur sic iste sillogismus nõ valet cuiuslibet hominis asinus currit brunellus est hominis asinus. ergo brunellus currit ꝛ tamen arguitur secundum terminum moduꝫ ergo modus insufficiens consequentia tenet cum minori ꝛ maioreꝫ probo. Et pono ꝙ quilibet homo habeat duos asinos q̃rum vnus currat ꝛ alius non: de quorum numero non currentium sit brunellus. Iõ posito añs ẽ veꝝ vt pꝫ ꝯñs ꝯtra casuꝫ. ¶ Ideo dicitur ꝙ argumentum non valet quia plus predicatur in minori quam fuerit distributum in maiori. Nam distributũ in maiori fuit precise li hominis ꝛ predicatum minoris erat hoc totum hominis asinus. ¶ Sed forte dicetur ꝙ adhuc stat argumentuꝫ sic arguendo. Cuiuslibet hominis asinus currit: brunellus est hominis: ergo brunellus currit. ¶ Dicitur ꝙ non dum est sillogismus intertio prime: quia in obliquis casibus oportet subiectum maioris ꝑdicari in minori i recto: sic dicẽdo brunellus est homo ꝛ hoc negatur ꝓpteria bene sequit' cuiuslibet hominis asinus currit

soz.est homo:ergo soz.asinus currit. ¶ No tandũ circa p̄mum modũ q̄ si aliqua p̄mis sarum nõ fuerit quanta non arguitur tẽ b3 istũ modum vt necessario ois hõ ẽ animal soz.est hõ:g̃ necessario sortes est animal. ¶ Jtẽ ois hõ ẽ aial sed tm̃ risibile ẽ homo: ergo tm̃ risi^e est animal in qualibet harum ꝯn̄az ẽ an̄s verũ ⁊ ꝯn̄s falsum:nõ ergo ali qs istoꝝ palogismoꝝ sillogismus in varij qꝛ in p̄mo maioꝛ nõ est alicuius quãtitatis ⁊ in b̄o minoꝛ qꝛ ẽ exclusiua primi oꝛdinis. ¶ Cõtra quartũ prime arguitur sic iste sil logismus non valet.Oẽ animal si est rudi bile non est hõ:sed tu es animal si es rudi bilis:ergo tu nõ es hõ ⁊ arguitur b̄m istuz modum:ergo insufficiens:consequentia te net ⁊ an̄s probaꝛ. Nam consequẽs est fal suz:vt patet ⁊ quelibet premissarũ est vera tam secunda q̃3 p̄ma:vt patet per exponen tes. Naz aliquod animal si est rudibile nõ est hõ ⁊ nullum est animal quin illud si est rudibile non sit hõ:patet etiam ex omnib^9 suis singularibus quarum quelibet est ve ra. ¶ Respondetur vt in primo q̄ si totuz cõditionatũ distribuitur negatur maioꝛ:et tunc ad argumẽtũ:dico q̄ nõ bene expon̄ tur.primo qꝛ est vlis negatiua que non ex ponitur.2° qꝛ non debite assignatur secun da exponens que deberet esse ista ⁊ nihil est animal si est rudibile quin istud non sit hõ quod ẽ falsum qꝛ aliqđ est aial si est rudibi le quod est hõ. Nã hoc est hõ demonstran^9 hominem:⁊ hoc est animal si est rudibile g̃ ⁊c. Jtem multe singulares sunt false vt hoc aial si est rudibile non est hõ demonstrãdo hominẽ qꝛ debet sic resolui hoc non ẽ hõ ⁊ hoc ẽ aial si est rudibile quaꝝ p̄ma ẽ falsa. Si aũt dicitur in principio q̄ distribuitur solũ p̄ma ps conditionati tunc patet q̄ cõ sequẽtia nõ valet qꝛ plus p̄dicaꝛ in minoꝛi q̃3 fuerit distributũ in maioꝛi. Jõ debuit sic argui. Oẽ aial si est rudibile non est hõ:sed tu es aial:ergo tu si es rudibilis nõ es hõ: conceditur ꝯn̄a ⁊ consequẽs. ¶ Notãduz tam̄ q̄ in predictis ⁊ ceteris modis o3 me dium terminũ sẽp supponere p̄cise ꝑ eodez vel pro eisdem. Jõ non valet iste sillogism^9 Nullus homo est mulier berta est homo g̃ berta nõ ẽ mulier qꝛ minoꝛ debuit esse talis

berta ẽ aliquis homo que negatur. ¶ Con tra ceteros modos prime figure non arguo qꝛ ex predictis possunt dici obiectiones cõ tra alios modos sufficienter. Contra p^m se cunde figure arguitur sic ista consequentia nõ valet. Ois deus s̄ba nõ ẽ,ois p^a cã s̄ba ẽ g̃ ois p^a cã deus nõ est:qꝛ an̄s verũ ẽ ⁊ cõ sequens falsum ⁊ tamen ẽ sillogismus in p̄ secunde. ¶ Respondetur q̄ talis non est sillogismus in p̄ scđe:qꝛ talis d3 fieri ex ne gatiuis de consueto mõ loquẽdi ⁊ non de incõsueto qualiter fit in proposito. Negati ue eniz sunt de incõsueto mõ loquẽdi ex q̃ predicatum precedit negationem precedit nationez sed bene sequeretur ois deus nul la substãtia ẽ:ois prima cã substãtia est:g̃ ois prima causa deus nõ est:sed maioꝛ est falsa sicut ⁊ conclusio :hoc argumentũ põt reduci ad oẽs alios modos 1^9 figure ꝑ trãs positionem premissarũ aut per mutationẽ quantitatis. ¶ Contra primũ tertie figure arguitur. Jste sillogismus nõ vallet cuiusli bet hois asin^9 currit cuiusl3 hois asinus q escit asinus qescens ẽ asinus currens qꝛ i ca su supioꝛi est antecedens verũ ⁊ cõsequẽs falsum ⁊ tamẽ est in primo tertie figure. ¶ Dicitur q̄ non ẽ in darapti qꝛ sicut pre misse sunt ex recto ⁊ obliquo ita conclusio debet fieri ideo debet sic concludi:ergo asi nus qescẽs est alicuius cuius ẽ asinus cur rens:vnde li asinus nõ est ps subiecti in p̄ missis:sed pars predicati iõ debet poni in conclusione. Cõtra secundũ tertie figure ar guitur iste sillogismus non valet ois hõ vl' asinus non est homo.omnis hõ vel asinus ẽ risibile:ergo risi^e non est homo:qꝛ an̄s est verum:vt patet ex suis exponentibus vel singularibus ⁊ ꝯn̄s est falsum. ¶ Respõ detur q̄ si in qualibet p̄missarum disiũctũ totum distribuitur.quelibet illarũ est falsa ⁊ habet multas singulares falsas. Nam p^e vlis quelibet singularis ẽ falsa in q̃ demõ stratur hõ ⁊ scđe:quelibet singularis ẽ falsa in qua demonstratur asinus vt patet ex su is resoluentibus:Si autem nõ distribuitur totum disiũctum:sed prima ps solumodo non arguitur tũc in scđo:tertie qꝛ i tali mo do opoꝛtet totum subiectum ꝓpõis distri bui qualiter non fit in proposito. Contra

alios mõs huius figure specialiter non ar guo pmo qꝫ he due obiectiões ad omnes alios modos possunt reduci: ĩo vt vite pro lixitaté scripture facientis tedium in aio stu détis. Et é finis obiectionũ ꝯtra sũmulas.

¶ Obiectiones ꝯtra mãm ꝯsequẽtiaꝝ.

Post summularũ obiectionũ declaratãꝫ noticiã seqˀ: vltimo vt i ini tio est premissum cõsequentiaruꝫ rationis fortificare materiã. Arguo igitur contra primã ꝛ principalé regulaꝫ que fuit ista ꝯña bona est illa cuius cõtrdadictoriũ consequentis repugnat antecedéti. Ex qua inferebatur alia ꝙ consequentia mala est illa cuius contradictoriũ consequẽtis stat cũ antecedente. ¶ Cõtra arguitur si aliqua é ꝯña bona: ꝛ tñ cõtradictoriũ ꝯñtis stat cũ añte: ergo ambe regule fal. ꝯña tenet ꝛ añs probatur: ista ꝯña é bona tu credis precise ꝙ aliqs hõ decipiˀ: ğ aliqs hõ decipitur: ꝛ tñ cõtradictoriũ ꝯñtis stat cum añte: ğ ꝛc. Prima pars añtis ꝓbatur: qm̃ seqtur tu credis pcise ꝙ aliqs hõ decipitur: ergo tu credis pcise verum: vel tu credis precise falsum. Si tu credis precise verũ: ꝛ tu credis precise ꝙ aliqs hõ decipitur: ergo aliquis hõ decipitur. Si tu credis precise falsum: ğ tu dcipis: ꝛ tu es aliquis hõ: ergo aliqs hõ decipitur: scđa ps añtis in hoc casu cũ ĥ ꝙ nullus alius a te decipiatur. Isto posito tu credis precise ꝙ aliqs hõ decipiˀ ꝛ nullus hõ decipitur: ergo ꝯtradictorium ꝯñtis stat cũ añte: pmã pté añtis ponit casus ꝛ secundam probo. Nam nullus alius a te decipiˀtur p casum: nec tu decipis ergo nullus hõ decipitur: minoré ꝓbo qꝛ si non deˀ opposi tum. Et arguiˀ sic tu credis precise sicut est: ergo tu nõ deceperis: ꝯña tenet: ꝛ añs probatur: nã tu credis precise ꝙ aliqs hõ decipitur p casum: ꝛ ita est ꝙ aliqs homo decipitur: qꝛ tu deciperis p rñsioneꝫ: ergo tu credis precise sicut est. Rñdetur ꝙ ista ꝯña é bona: ꝛ ꝙ oppositum ꝯñtis nõ stat cuꝫ antecedéte: imo repugnat. Et admisso casu cõcedo istã tu credis precise ꝙ aliquis hõ decipitur: ꝛ nego istã nullus hõ decipitur: qa ɔ̃cedo ꝙ tu deciperis tãqꝫ sequẽs: seqtur enim aliquis homo decipitur ꝛ nullus aliꝰ a te decipitur: ꝛ tu es hõ: ergo tu deciperis

¶ Ulterius ad argm̃ nego istam tu credis precise sicut é: ꝛ ad eius probationem nego ꝯñam: tu credis precise ꝙ aliquis hõ decipitur: ꝛ é ita ꝙ aliquis hõ decipitur: ergo tu credis precise sicut est: sicut non sequitur tu credis precise ꝙ aliquis homo currit: et ita est ꝙ alquis homo currit: ergo tu credis precise sicut est: vt posito ꝙ sortes currat ꝛ plato nõ currat: ꝛ credas precise platonem currere isto posito ꝛ antecedens verum ꝛ cõsequens falsum: sed bene sequitur tu credis precise ꝙ aliquis hõ currit: ꝛ ita est ꝙ ille quem precise credis currere currit: ergo tu credis precise sicut est: sed minor est falsã in secundo casu. ¶ Ita sequitur in proposito tu credis precise ꝙ aliquis homo decipitur ꝛ ita est ꝙ ille queꝫ credis decipi: decipitur ergo tu credis precise sicut est: ꝯña é bona: sed minor est falsa: qꝛ in casu isto tu credis alium a te decipi. ¶ Notanduꝫ ꝙ sub secũda regula ponebãtur due alie regule: videlicet ex impossibili sequitur quodlibet. Et necessarium sequitur ad qđlibet. ¶ Cõtra quas regulas arguitur sic: qꝛ non sequitur aliquis hõ est asinus: ergo nullus hõ é asinus: ꝛ arguitur ẜm ambas regulas: ergo ambe regule false: tenet ꝯña cum minori ꝛ maior probatur. Primo qꝛ ex vno oppositoꝝ sequitur reliquũ. Secundo qꝛ ꝯtra dictorium consequẽtis stat cũ antecedente eo ꝙ cõuertitur cũ ipso. Ideo respondetur ꝙ ista consequentia é mãlis bona: ꝛ non é conueniens ex vno oppositorũ aliud inferri: dũmodo ipsũꝫ sit ipossibile: nego tamen ꝙ oppositũ ꝯñtis stat cũ antecedéte. Et nego ꝯñam oppositũ cõsequẽtis conuertitur cuꝫ añte. ergo stat cum ipso: vnde dico ꝙ quelibet ꝓpositio mundi sequitur ex illa tu es asinus: ꝛ quelibet ideꝫ repugnat immo repugnat sibi ipsi: qꝛ infert oppositum sui ipsius. ¶ Prima regula est illa. Si alicuiꝰ ꝯñe ex ꝯtradictorio ꝯñtis: sequitur ꝯtradictoriũ añtis: illa consequentia é bona. Ex q̃ inferebatur ꝙ si alicuius ꝯñe contradictorium ꝯñtis non est illatiuũ contradictorij antecedentis: illa consequẽtia non valet. ¶ Contra ambas regulas arguiˀ sic. Aliqua ꝯña est bona: ꝛ tamé ex contradictorio consequentis nõ sequiˀ ꝯtradictoriũ añtis

ꝗ ille regule false añs probaẗ: illa ꝯña ē bona tu credis ꝑcise ꝙ oīs hō decipiẗ: ergo tu deciperis: ⁊ ex cōtradictorio ꝯsequentis nō sequitur ꝯtradictoriū antecedētis: ergo ⁊c. Prima pars antecedētis ꝓbatur: qꝛ sequitur tu credis precise ꝙ oīs hō decipitur. ergo tu credis verum vel falsum. Si credis falsum: ergo tu deciperis. Si verum ⁊ tu credis precise ꝙ oīs homo decipiẗ: ⁊ tu es homo: ergo tu deceperis: ⁊ ista consequentia ē bona. ¶ Secūda pars antecedentis principalis probatur: qꝛ non sequitur tu nō deciperis: ergo tu non credis precise ꝙ omnis hō decipitur. ꝓbatur ⁊ pono ꝙ tu credas ꝑcise ꝙ oīs hō decipiatur illo opposito ꝯñs ē falsum per casuꝫ: ⁊ añs verū: probaẗ si nō detur oppositū. Et arguitur sic tu credis precise ꝙ oīs hō decipitur: ⁊ ita est ꝙ oīs hō decipitur qꝛ oīs hō: nō tu: decipitur ꝑ casum: ⁊ tu deciperis ꝑ rñsionē: ꝗ tu credis precise sicut ē ergo tu nō deciperis qđ erat probandum. ¶ Respondendum ē nō admittēdo casum qꝛ nō est possibile ꝙ tu credis precise ꝙ oīs homo decipitur: naꝫ sic sequitur ꝙ tu deciperis vt est ostensuꝫ: vel ergo deciperis in credēdo oēm hoiem decipi vel aliqd aliud vt ꝙ homo est asinus vel aliqđ falsū non primū qꝛ oēm hominē decipi est verū: quod aliqd aliud ꝑ consequēs tu nō credis precise ꝙ omnis hō decipiẗ: ꝙ ē oppositum vnius ꝑticule ⁊ casus. Ex eodē seqtur ꝙ nō est possibile ꝙ tu credas precise teipsum decipi: probatur nā si credis precise teipsuꝫ decipi: ergo deciperis: vel in credendo teipsuꝫ decipis vel aliqd aliud: non primū qꝛ teipꝫ decipi est verum: ergo aliqd aliud ⁊ per cōsequēs tu credis precise teipꝫ decipi. ¶ Secunda regula erat ista. Si alicuius ꝯsequētie bone añs est verū consequens est veruꝫ ⁊ si antecedēs est verū ⁊ cōsequēs falsuꝫ: illa cōsequētia non valet. ¶ Cōtra arguitur sic possibile est ꝙ aliqua ꝯña sit bona: ⁊ ꝙ antecedēs sit verū ⁊ ꝯñs falsum: ergo reg^{a} falsa: cōsequentia tenet ⁊ añs probatur. Et pono ꝙ illa ꝯsequētia tu es hō: ergo tu nō es hō conuertatur cū bona ꝯsequentia antecedēte ⁊c. ꝯñte significātib^{9} vt prius. Casus ē possibilis: qꝛ ꝯña distinguit ab añte ⁊ ꝯñte simul sumptis: qꝛ eisdē supaddit nomina ꝯñe. Admisso ꝗ casu: ista est bona tu es hō: ergo tu nō es hō: qꝛ cōuertitur cum bona ꝯña: ⁊ añs est verum ⁊ ꝯñs falsuꝫ: qꝛ significato īmode sicut p^{9} ex casu: ergo ⁊c. ¶ Ideo dr̄ ꝙ argumētum verbaliter ꝓcedit cōtra regulas: ⁊ non contra intellectum istarum. Intelligitur sic nāqꝫ prima. Si alicuius ꝯsequētie bone significātis ꝑcise iuxta cōpositionē suarū ꝑtiū añs ē verū ⁊ cōsequēs falsum: cōsequētia nō valet: sed iam i casu illa cōsequētia prolata ē bona nō tam̄ significat iuxta cōpositionē suarum ꝑtiū: qꝛ ponitur ipam ꝯuerti cū bona ꝯsequētia antecedente ⁊ cōsequēte significantibus vt ꝑus oīmode: vt ergo arguatur cōtra regulā dꝫ sumi hoc anteedēs: possibile ē ꝙ aliqua ꝯña sit bona significās precise iuxta cōpositionē suaꝝ ꝑtiū: ⁊ ꝙ antecedēs sit verū ⁊ cōsequēs falsum. Et hoc negaẗ tanqꝫ ipossibile: Istū modū itelligēdi ex significatione ꝑtiū: ⁊ si nō explicite tam̄ iplicite asserit quecunqꝫ r^{a} ꝯñarū: cōtra quaꝝ quālibet pōt verbal̄r argui illo vel cōsimili argumēto nisi glosa ꝑdicta regule verificentur. ¶ 3^{a} re^{a} fuit ista. si alicuius ꝯsequētie bone antecedēs est necessariū ⁊ cōsequēs simil̄r ē necessariū: ex ꝗ īferebaẗ ꝙ si antecedēs ē necessarium: ⁊ consequens ē contingens: cōsequētia nō valet ¶ Contra istas regulas arguitur sic aliqua ꝯsequētia ē bona ⁊ antecedēs est necessariū ⁊ cōsequēs cōtingēs. ꝗ r^{e} false cōsequētiā tꝫ ⁊ antecedēs probaẗ. Nā ista cōsequētia ē bona deus ē: ꝗ hec ē vera de^{9} ⁊ añs ē necessariū ⁊ ꝯsequēs ꝯtingēs: ꝗ ⁊c. ꝙ antecedēs ē necessariū manifestū ē ꝙ cōsequēs sit ꝯtingens ꝓbaẗ. nā illa deus pōt esse falsa: ⁊ ipsa est vera: ꝗ ipsaꝫ esse verā ē cōtingēs: ꝯsequētia ē nota cū minori: ⁊ maior ꝓbatur ex hoc ꝙ pōt ꝯuerti cū falso. Ideo probatur principalē ꝯsequētiā eē bonam qꝛ si nō stet: ꝗ oppositūꝫ consequētis cū antecedēte: ⁊ arguiẗ sic: hec non est vera deus est: ⁊ ipsa significat adequate deū esse ꝗ deū eē nō est verū: ⁊ ꝑ ꝯñs deus nō est oppositū alterius ꝑtis. Rñdeẗ ꝙ illa ꝯña nō valet deus est ꝗ hec est vera deus est nisi adderet illa minor: ⁊ hec deus ē: significat adeqꝫte deum esse que est contingens: ⁊ concedo ꝙ oppositum consequentis stat cuꝫ antecc

dente:tūc cūponit̄ cū antecedēte admitto
⁊ cōcedo istā deus ē:⁊ hec nō est vera deus
est:⁊ tunc ad argumentū hec nō est v̄a de⁹
est:⁊ ipsa adequate significat deū eē:ergo d̄
um eē nō est verū:nego minorem:q꞉ repu
gnat duobus ꝯcessis.Seq̄tur deus ē ⁊ hec
nō est vera deus est:ḡ ipsa nō significat ade
quate deū eē:vñ in hoc argumento est obli
gatio:⁊ nō apparet:cū enim dr̄ stet opposi
tum ꝯñtis cū antecedente hec est vera posi
tio iplicite:ac si dicerē pono tibi istā deus ē:
⁊ hec non ē vera deus est:que admittenda
ē:⁊ ꝯñter tenēdū est vt p̄us.¶ Quarta reª
erat ista si alicuius ꝯñe bone antecedēs est
possibile ⁊ ꝯñs silr̄.Ex qua est illatū ꝙ si ali
cuius ꝯñe añs est possibile:⁊ ꝯñs ipossibi-
le ꝯña illa non valet.Contra istas regulas
arguit̄ sic ista ꝯsequentia nō est bona.Ois̄
propō est affirmatiua:ḡ nulla propō est ne
gatiua:⁊ añs est possibile ⁊ ꝯñs ipossibile ḡ
regule false.ꝯña tenet ⁊ antecedēs ꝓbatur
pro p̄ma pte.Nā oppositū cōsequentis re-
pugnat antecedēti:ergo cōsequentia bona
antecedēs pꝫ.Nā ista repugnāt:ois propō
ē affirmatiua ⁊ aliqua propō est negatiua:
ꝙ aūt añs sit possibile:pꝫ q꞉ possibile ē ꝙ
hec tu es sit ois propō:sed nunc probatur
ꝙ ꝯñs sit ipossibile:q꞉ ipsum nō potest esse
veruꝫ sic significādo:probatur nā si posset
eē verū vel ḡ ipso exñte vel ipso nō exñte
ñ ipso ñ exñte:⁊ q꞉ si ista ꝓpō ñ eēt:nulla
ꝓpō ē negatiua:ipsa ñ eēt v̄a nec falsa nec
ēt ipsa existēte:q꞉ q̄ꝫdiu est ista propō aliq̄
negatiua est ⁊ p cōsequens semp falsum est
nullā negatiuā eē.¶ Dicendū ꝙ ista ꝯña
est bona.Ois propō est affirmatiua:ḡ nul
la est negatiua ⁊ consequens est possibile si
cut antecedēs ⁊ tunc ad argᵐ ꝯñs nō pōt
esse verū sic significādo:ergo ipsum est ipos
sibile:nego cōsequētiā vnde multe proposi
tiones sunt possibiles q꞉ nō possunt esse ve
re:vt ois propō est falsa nulla propositio est
vera hoc est falsum hoc nō est verū seipso d̄
mōstrato:vt terminatū est in materia inso
lubilium.Etiā ex māa insolubilium:vt hec
nō ē vera deus est in mente:aut hoc nō est
demonstrādo sm̄ eiusdem propōnis ad cu
ius desitionē desineret propō illa:quelibet
enim illaꝝ est possibilis ⁊ nulla ipsarū sic si-
gnificās pōt esse vera.¶ 5ª regula fuit ista
q̄cquid seq̄tur ad antecedēs seq̄tur ad cōse
quens.Ex qua inferebātur alie due.prima
q̄cquid antecedit ad antecedens antecedit
ad consequens.2ª a p̄mo ad vltimū quan
do oēs cōsequentie intermedie sunt bone ⁊
formales ⁊ non variate cōsequentia est bo
na:⁊ formalis.¶ Contra istas regulas ar
guitur sic.Aliqua ē ꝯña bona ⁊ aliq̄d seq̄t̄
ad cōsequens ipsius ꝙ nō sequitur ad ante
cedens ipsius:ergo iste tres regule false cō
sequentia tenet ⁊ antecedens probat̄.Naꝫ
ista cōsequētia est bona quaternari⁹ est:er
go binarius est.si aliq̄d seq̄tur ad cōsequēs
qd̄ nō seq̄t̄ ad añs ḡ ⁊c.ꝯña tꝫ q꞉ cōtradi-
ctoriū ꝯñtis repugnat formaliter antecedē
ti ⁊ minorē probo:nā seq̄tur binarius est ḡ
eius medietas est p̄cise vnitas:⁊ tamē non
seq̄tur a p̄mo ad vltimū quaternarius er-
go medietas eius p̄cise est vnitas:q꞉ medi
etas quaternarij nō est vnitas sed binari⁹.
Simile argumentū fit quadrupedale est ḡ
bipedale est bipedale est:ergo eius medie
tas est precise pedale:⁊ tamē non sequitur
quadrupedale est:ergo eius medietas est p̄
cise pedale:q꞉ medietas quadrupedalis ñ
est pedale:sed bipedale.Dicit̄ ꝙ regule iste
tenent ex̄ materiā relatiuoꝝ ⁊ hoc ꝑꝑ muta
tionē significati vltimi cōsequētis:ratione
relatiui ꝙ variat significatū ad variationē
antecedentis:vnde aliud significat ista pro
positio eius medietas ē vnitas cōiuncta cū
hac propositione binarius est:⁊ aliud signi
ficat cū ista quaternarius est.Cū p̄ma autē
significat ꝙ medietas binarij est vnitas qd̄
est verū ⁊ cū secūda significat ꝙ medietas
quaternarij est vnitas qd̄ est falsum.¶ In
telligitur ergo sic p̄ma regula:Quicq̄d seq
tur ad cōsequens seq̄tur ad antecedēs ma-
nente p̄ma significatione:⁊ q꞉ vltimū cōse
quens ratione relatiui nō potest retinere p̄
mā significationē:ideo nō est verum si non
seq̄tur ex primo antecedente loco:ergo eius
ponatur vna propositio significans ideꝫ cō
uertibiliter sic arguendo quaternarius est
ergo binarius est:binari⁹ est:ḡ eius medie
tas est:vnitas:ergo a p̄mo ad vltimū qua
ternarius est:ergo medietas binarij est vni
tas:⁊ ita i s̄o arg⁹ debuit inferri q̄drupᵉ ē:

ergo medietas bipedalis ē pedale ⁊ hec cō cessi. ¶ Scđa regula fuit ista. Si aliqua cō sequētia ē bona: ⁊ aliquid stat cū anteceden te illud idē stabit cū ꝯñte. Ex qua sequitur alia .s. ꝗcqđ repugnat ꝯñti repugnat añti ¶ Contra istas regulas arguit̄ sic. Ista cō sequentia ē bona lignū corrūpebatur: ergo īpossibile ē illud esse: ⁊ tamē hec aial ē: stat cum antecedente: ⁊ eadē nō stat cum conse quente: ergo regule false: ꝯña tenet: ⁊ ante cedens probat̄. Nā ꝙ illa ꝯña sit bona pa tet: q2 quod semel corruptū amplius esse ñ pōt ꝙ aūt ista animal est: stet cū antecedē te p3: quoniam hec simul stant lignū corrū pebat̄: ⁊ animal ē: q2 quelibet illarū ē vera Sed iam probat̄: illa animal est nō stat cū antecedente: q2 ista copulatiua ē īpossibilis animal ē: ⁊ īpossibile ē illud esse. ¶ Respō detur ꝙ ista ꝯña est bona: lignū corrumpe batur: ergo impossibile est illud esse: ⁊ sicut ista animal ē stat cū antecedēte: ita stat cū ꝯñte. Et cū dr̄ ista copulatiua est impossibi lis animal est: ⁊ īpossibile est illud eē: verū est ergo ista animal ē non stat cū consequen te: nego cōsequētiam: q2 secunda pars hu ius copulatiue non est ꝯsequēs p̄me ꝯñe: nec secū ꝯuertibile: q2 relatiuū habet aliud ⁊ aliud significatū pp mutationē añtis ⁊ si dicit̄: quō ergo stat ista animal ē cū ꝯñte: dr̄ ꝙ non oportet ꝯiungere ipsam copulati ue sed sufficit ꝙ quelibet istarū sit vera: vñ hec stāt simul tu es hō: tu es albus: licet ex eis nō fiat copulatiua. Et si opponens velit oīo vnā copulatiuā detur ista. animal ē et lignum corrumpebat̄ ⁊ impoᵉ est illud esse referendo semper li illud ad lī lignū illa co pulatiua est vera: ergo p̄ma pars stat cum vltima. ¶ 7ª regula fuit ista. Si aliqua cō sequētia ē bona scita a te esse bona ⁊ antece dens ē a te concedēdū consequens eiusdem est cōcedēdū a te. Ex qua inferebat̄ ꝙ si an tecedens ē concedendū ⁊ consequēs negan dum nō valet ꝯña. Cōtra istas regulas ar guitur sic ⁊ pono ꝙ istius ꝯsequētie hō cur rit: ḡ risibile currit añs sit tibi positū ⁊ a te admissum: ꝯñs vero sit tibi depositum: isto posito arguitur sic: ista consequētia ē bona scita a te esse bona hō currit: ḡ risibile cur rit: q2 scis ꝙ arguitur ab vno ꝯuertibili ad reliqᵐ. añs ē ꝯcedendū a te: q2 tibi ē positū ⁊ ad te admissum ⁊ ꝯñs negandū: q2 ē tibi depositum ⁊ ad te admissum: ḡ reᵉ false. Jō dicit̄ admittēdo casum. Et concedo ꝙ hui9 ꝯñe añs est concedēdū ⁊ ꝯñs negādū pp arᵐ factū: s3 nego ꝙ ista ꝯña sit bōa scita a me esse bona: quoniā ex duobus concessis sequitur oppoᵐ illius. sequit̄ enim añs est cōcedēdū a te ⁊ cōsequēs negandū: ergo ista cōsequētia non est scita a te esse bona. ¶ Ultima regula fuit ista. Si aliqua ē con sequentia bona scita a te esse bona ⁊ añs est scitum a te. Ex qua sequitur ꝙ si añs ē scitū a te ⁊ ꝯñs non est scitū non scitur cōsequē tiam esse bonam. Contra istas regulas ar guitur sic hec ꝯña ē scita a te eē bona. hoc ē nescitum a te: ergo hoc ē nescitū a te: demō strādo ꝯñs p vtrūq3: hoc: ⁊ añs est scitum a te ⁊ ꝯñs nō ergo reᵉ false. cōsequētia t3 ⁊ ꝓbat̄ prima pars añtis: nā tu scis ꝙ ibi ar guit̄ ab vno conuertibili ad reliqᵐ ⁊ ꝙ op poᵐ cōsequentis repunat añti: ergo tu scis ꝯñam illam esse bonam: ⁊ 2ª pars añtis ꝓ batur. Nā ꝯñs est necessarium: a te: ⁊ añs scis significare adequate ꝙ ipsum ē nescitū a te: ḡ antecedēs ē scitum a te: ⁊ cōsequens nescitū: p3 ꝯña. nā vel ꝯñs ē scitū a te vel nescitū: si est nescitū habeo intentū: si scitū: ⁊ ipsum adequate significat ꝙ hoc ē nescitū a te demonstrādo idem consequens: ergo il lud consequens: nō ē scitū a te. Responde tur ꝙ ista cōsequētia non valet hoc est ne scitum a te. ergo hoc est nescitū a te: nec ar guitur ab vno conuertibili ad reliquū: nec oppositū consequentis repugnat antecedē ti: q2 antecedens non est insolubile: sed con sequēs est īsolubile significans ypothetice copulatiue ꝙ hoc est nescitum a te: ⁊ ꝙ hoc est scitum a te: cuius contradictorium non est illud hoc non est nescitum a te: aut illud hoc est scitum a te: sed illud nō hoc est nesci tum a te significans disiunctiue: ꝙ hoc est scitum a te vel ꝙ hoc non ē scitum a te qđ est verum ratione scđe ptis. ¶ Eodem mō dr̄ ad rationem vel ꝯñam predictā sunt ad istam hꝫ est falsum: ergo hoc ē falsū demō strando ꝯsequens semp ꝯcedēdo tales con sequentias: ⁊ dico eas non valere q2 conse quens est insolubile falsum ⁊ antecedēs est

ppō vera nō insolubilis:quare ⁊c.

Regularū pticularū pⁱma erat ista
Ab inferiori ad suū superius affir
matiue ⁊ sine distributiue ⁊ sine signo
ꝯfusionis impediente ꝯña est bona. ❡Cō
tra illam regulam arguitur sic.illa:ꝯña nō
valet tu es apparens asinus:ḡ tu es aliq/
lis asinus:⁊ tamen arguit̃ p regulā:ergo re
gula falsa:cōsequentia pꝫ cuꝫ minori q:li
apparens est tīnus inferior ad li aliq̄le:⁊
maior pꝫ:q: añs est possibile:⁊ cō sequens
īpossibile. Nā possibile est q tu apparens a
sinus:sed non est possibile q tu scis aliq̄lis
asinus:sicut nō est possibile q tu scis asin⁹
❡Respondet̃ q nō arguitur ɓm itellectū
regule qui est ille. Ab īferiori ad suū superi
us rōne totius extremi sine īpedimento pre
cedente est bonū argᵐ sed nō arguit̃ in pro
positio rōne totius extremi:sed ptis solūmo
do:q: li apparens asinus nō est terminus i
ferior ad aliqualis asinus:sed bene ad aliq̄
lis apparēs asin⁹ sicut li parēs ad li aliq̄le:vñ
bñ seq̄t̃ tu es appēs:ḡ tu es aliqs : ita bñ
sequitur tu es appens asinus:ḡ tu es aliq̄lis
apparens asinus:vnde cōsimiles ꝯñe in ce
teris nō valent:vt tu es pater sortis : ergo
tu es aliqd sortis:tu es dñs platonis:ḡ tu
es aliqd platonis. ❡Secūda regula erat
ista Ab inferiori ad suū superius distributi
ue non valet argugentū. ❡Cōtra istam re
gulā arguitur sic:ista ꝯsequētia ē bona nul
lus binarius est:ergo nullus numerus est:
⁊ arguitur p regulā:ergo regula falsa:tenet
cōsequētia cū maiori:q: oppositū ꝯñtis re
pugnat añti.s.nullus binarius est:⁊ aliqs
numerus ē:nō,n.dat̃ aliqs numerus quin
iste sit binarius vel includēs binarium. Eo
dē mō potest argui in simili vt nulla propo
sitio vera scitur:ergo nulla propositio scitur
consequētia est bona:q: oppositū cōsequen
tis repugnat añti:⁊ tamē arguit̃ distributi/
ue ab inferiori ad suū superius:ppō vera
est terminus īferior ad li propō:cū ois pro
positio vera sit propō:⁊ non econuerso : sic
ois binarius ē numerus:⁊ non econuerso.
❡Jō dr̄ q regula non dicit nunq̄ꝫ valere
cōsequētiā ab inferiori ad suū superius di/
stributiue: sed q plurimū non valet forma
liter:⁊ nunq̄ꝫ de forma predicte cōsequētie
formales sunt:q: cuiuslibet earū oppositū
cōsequentis formaliter repugnat antecedē
ti:sed non sunt bone:de forma:q: consimi/
les in forma nō valēt:q: non sequitur nul
lus numerus ternari⁹ ē:ergo nullus nume
rus est:nec seq̄tur nulla propō vera videt̃
vel intelligitur ergo nulla propositio vide/
tur vel intelligit̃. Si ergo cō sequētie ille bo
ne sunt hoc est solū gratia materie vnde pⁱ
ma est bona gratia materie:q: īpossibile est
numerū esse:⁊ nō eē binarium:secūda simi
militer tꝫ gr̄a materie vel terminoꝝ:q: ni/
hil scitur nisi verū:nec est possibile aliquaꝫ
propositionē falsam sciri. ❡Tertia regula
fuit illa. Ab inferiori ad suū superius nega
tione postposita ⁊ cum debito medio est bo
num argumentū. ❡Contra arguit̃ sic.ista
consequentia nō valet sciēs istā propositio
nem non est aliquid demonstrādo istaꝫ bo
mo est asinus:⁊ ista propositio est aliqua ꝓ
positio:ergo sciens aliquā propositionē nō
est aliquid:⁊ tamen arguitur per regulam:
ergo regula falsa:consequentia tenet cū mi
nori:⁊ maior probatur.nam antecedens ē
verum ⁊ consequens falsum:ergo ista con
sequentia non valet:q antecedens sit veꝝ:
patet pro secunda parte:⁊ pro prima simili
ter q: suum contradictoriū est falsum scili/
cet omne sciens istā propositionem est ali/
quid. ❡Respondetur q ista consequētia
non valet nec arguitur cum debito medio:
q: subiectum prime propositionis debuit
esse subiectum secunde sic arguendo sciens
istā nō est aliquid:⁊ sciens istā est:ergo ⁊c.
⁊ tunc concedo cōsequentiā sed nego mino
rem. ❡Notandū circa hanc regulam q si
argueretur ab inferiori ad suū superius di/
stributiue negatione postposita non argui
tur ɓm regulam vt patet in exēplo illo om
nis homo non currit:omnis homo est ani/
mal:ergo omne animal non currit. Intelli
gitur enim sic regula ab inferiori ad suum
superius nō distributū negatione postpo
sita est bona consequētia. ❡Quarta regu
la erat illa a superiori ad suum inferius af
firmatiue ⁊ sine distributione non valet ar
gumentum. ❡Contra istam regulam pro
cedunt argumenta facta contra regulaꝫ im
mediate precedentem:arguendo ex opposi
to consequentis ad oppositum anteceden/

tis: vt aliquis numerus est: ergo binarius est aliqua propositio scitur: ergo propositio vera scitur: sed arguitur specialiter illa consequentia est bona tu es animal: ergo tu es hō: ꝛ tñ arguitur a superiori ad suum inferius affirmatiue sine distributione ergo ꝛc. tenet consequētia ꝛ antecedens ꝓbatur: quia sequitur tu es animal: ergo tu es: a tertio ad iacende ad ꝯm adiacens: tu es ergo tu es tu: pz consequentia: quia oppositū consequentis formaliter repugnat antecedēti: ꝛ vltra tu es tu: ergo tu es hō: tz cōsequētiā per primam regulā ab inferiori ad suū superius affirmatiue ꝛ impedimento: ergo a primo ad vltimū si sequitur tu es animal ergo tu es hō. Ad hoc dicitur vt prius quod quelibet istarū consequentiarū est bona ꝛ formalis: non tamē arguitur cōtra regulā īplicite asserente quod nulla talis sit bona de forma vnde consimiles in forma non tenent: quia nō sequitur aliquis numerus est: ergo trinarius est aliqua propositio intelligitur: ergo propositio vera ītelligitur: nec sequitur hoc ē animal demonstrando asinum: ergo hoc est homo ❡ Quarta rª fuit illa superiori ad suū inferius distributiue affirmatiue non valet consequentia nisi cum debito medio. Cōtra arguitur sic ista cōsequentia ē bona oē aial currit: ergo ois hō currit: ꝛ tñ arguitur a superiori a suū inferius distributiue affirmatiue: sine debito medio: ergo rª falsa cōsequētia tz cuz minori ꝛ maiorem probo: contradictoriū cōsequentis repugnat antecedenti: ergo ꝯsequētia bona antecedēs ꝓbatur quoniam hec repugnant oē animal currit: ꝛ homo nō currit: quia ex ipsis sequitur impossibile vz homo non est aial in quarto mō secunde figure. ❡ Dicēdum quod illa ꝯña ē bona nō quidem formalis nec de forma non formalis: quia oppositū cōsequentis est imaginabile cū antecedente absqz cōtradictione: neqz ēt de forma: quia aliqua sibi cōsimilis in forma nō valet: vt omne animal currit: ergo quilibet homo currit: sed est bona materialis seu gratia materie: quia īpossibile est hominē nō esse. tenet. n. per hoc mediū necessarium ois homo est animal. Simili sequitur gratie materie omne animal ē: ergo ois hō est: quia consequēs ē necessariū: sequitur ēt ois homo est asinus: quia antecedēs est īpossibile simpliciter: vnde si est aliqua regula contra quā non procedit argumētum gratia materie quia aut antecedens est īpossibile: aut quia consequēs ē necessariū: vel gratia alicuius alterius medij necessarij ꝛ me vitabilis: vt ē prioribus ꝯñtijs dictuz est. ❡ Sexta regula fuit ista a superiori ad suū inferius negatione preposita distributiue superius ē bonū argumentum. Cōtra istā regulā arguitur sic ista cōsequentia nō valet nō cōtingēter hō ē animal: ergo non contingenter tu es aial: ꝛ tamen arguitur per regulā: ergo regula falsa: cōsequētia tenet probatur prima ps antecedētis: quia antecedens ē verū ꝛ cōsequēs falsuz: vt pz assignando suū contradictoriū hec. n. ē falsa contingenter hō ē animal: ꝛ hec est vera contingēter tu es animal: ꝛ secunda ps antecedentis ꝓbatur: nā quod hic arguatur a superiori ad suū inferius pz: ꝛ quod negatione distribuēte manifestū est: quia remota negatione li hō nō staret distributiue: ergo per aduentū eius stat distributiue: pz cōsequētia per istā regulā quicquid mobilitat imobilitatū imobilitat mobilitatū. ❡ Respondetur quod finus aliquādo stat distributiue mobiliter quando ipm nō precedit nisi vnū signū distributiuū: vt ois homo ē. Aliquando stat distributiue imobiliter quando ipsuz precedūt duo signa quorum vnū hz viz distribuendi: ꝛ reliquū cōfundi cōfuse tm̄ imobiliter: quare pp dico quod nō arguitur contra itellectū regule ē iste a superiori ad suū inferius negatione preposita distributiue mobiliter ē bona ꝯña: sed tā ī ꝓposito nō distribuitur superius mobiliter pp ipedimentū istius finiti cōtingēter: quia nō lz descēdere vt argumentum in parte ostendit pp eandem nō sequitur: tu nō incipis eē coloratus: ergo tu nō incipis eē albus: quia expositio nō sequitur oppositum vt capitulo patuit inceptiōis ꝛ tamē arguitur distributiue negatiue: si ergo queritur quid ipedit dico quod illud verbū incipit imobilitat eundē terminum quē distribuit precedens negatio: quare ꝛc.

❡ Obiectiones contra regulas quarti capituli.

Contra regulas quarti capituli sufficienter est argutum in materia insolubilium: specialioribus tamen medijs arguo: contra easdem: quarum prima fuit ista. Ab vli ad suam particularem

indefinitam vel subalternā est bona conse quentia. ¶ Cōtra quā regulā arguitur sic ista cōsequētia nō valet incipit oē ens esse: ergo incipit aliquod ens esse: et tñ arguitur p regulā ergo regula falsa: tenet cōsequētia et prima ps añtis probat. nā añs est verū et ꝯñs falsū: ḡ ꝯña nō valet: ꝙ añs sit verū ꝓbatur. nam oē ens ē et nō imediate ante instans pñs oē ens fuit: qr nūqꝫ instās pñs fuit: ergo icipit oē ens esse: pꝫ ꝯña ab expo nentibus ad expositū: ꝙ aūt ꝯñs sit falsū: patet qr nunc aliqd ē: imediate ante instās pñs aliqd fuit: et imediate post instās pñs aliqd erit ḡ falsū est ꝙ iā incipiat aliqd eē seu aliquod ens esse ꝙ idē ē. Sed secunda ps principalis añs arguit. nam hec ē vlis incipit oē ens eē qr in ea subijcitur tīus cōis signo vli ↄterminatꝰ distributiue: et hec sua pticularis icipit aliquod ens eē: qr in ea su bijcitur tīus cōis signo pticulari ↄtermina tus: ḡ arguitur p regulā. Dicedū breuiter ꝙ nō arguitur p regulā: qm̄ nec añs nec cō sequēs est alicuius q̄ntitatis: et tunc ad ꝓ / bationē in ista ꝓpositione incipit oē ens eē subijcitur terminus cōis signo vli distribu tiue determinatus: ergo ē vlis nego ꝯñam et si allegaretur regula dico ꝙ intelligit de distributione mobili et non imobili: sed iam li ens distribuit imobiliter: ꝓpterea sic glo setur regula. Propō vlis est illa in qua su bijcitur tīnus cōis signo vli distributiue de terminatus exn̄te aliqd illius: qd̄ dico pro pter preiacens istius ois hō est animal in q̄ subijcitur terminus cōis signo vli distribu tiue mobiliter determinatus: sꝫ illud signū non est ps preiacentis: licet sit pars vlis: de particulari aūt nō procedit argumētū: qr in regula additur solo signo pticulari deter minatus sed iam vltra signum determina tur li ens hoc verbo incipit ex quo stat con fuse tantū. Ideo sit hec regula ꝓpō pticula ris est illa in qua subijcitur terminus cōis solo signo pticulari determinatus existente aliquid istius quod dico similiter pp. preia cens ꝓpositionis pticularis. ¶ Secūda re gula fuit ista. A particulari vel idefinita ad suam vlem nō valet argumentū. ¶ Con/ tra istam regulā arguitur sic ista ꝯña est bo na animal est hō ergo oē animal est hō: et p

cōsequēs quelibet alia valet ab indefinita ad suam vlem: ꝯña tenet: et antecedēs pro batur hec ꝓpō animal est hō significat oē animal esse hominē: sed ois ꝓpositio signi / ficat qcquid sequitur ad eā: igitur ista conse quētia est bona. ꝯña tꝫ cum minori: qr ē re gula: et maiorē probo subiectū istius propo sitionis animal ē homo: significat oē ani / mal: et predicatū hominē et copulā eē: et to ta propositio significat iuxta compositionē suorū terminorū: ergo ista propositio signifi / cat oē animal eē hoiem ꝯña pꝫ: qr isto mō inestigat significatum ꝓpositionis. ¶ Re spondetur negādo scḋam ꝯñam: et ad ꝓba tionē cōcedo ꝙ ista aial est hō significat om ne aial eē hoiem nō adequate p̄marie sꝫ se cundarie: et ad argumētum nego istā ꝯñā ista propō oē animal ē hō significat oē aial eē hoiem: et ois propō significat qcquid seq tur ad eam: ḡ ista ꝯña ē bona nego ꝯñam: qr sicut ois propō significat quicqd sequit ad eā: non tamē qcquid ꝓpō significat seqt ad eam: verūtamē bene sequtur ista animal est hō significat adequate oē animal eē ho minem: ergo ista consequētia fuit bona: sed negatur antecedēs: qr nulla propō mundi significat adequate oē animal eē hoiem: ni si aliqua talis oē animal est hō. ¶ Tertia re gula fuit ista ab vli affirmatiua ad oēs suas singulares tam collectiue q̄ diuisiue sum / ptas ē bonū argumētū: cū debito medio: et econuerso collectiue. ¶ Contra istā regu lam arguit sic: ista ꝯña nō valet necessario ois hō est animal: et isti sunt oēs homines: ergo necessario iste hō est animal: et iste hō est animal: et sic de singulis: et tamē arguitur p regulā ergo regula falsa: consequentia tꝫ minori et maior pꝫ per exponētes istius ter mini necessario: ex eodē medio arguitur ꝙ nō valet argumētū ab vli ad suā singula / rē cū debito medio sic arguendo necessario ois hō est: sꝫ tu es hō: ergo necessario tu es: añs est verū et ꝯñs falsum. ¶ Ex eodem ēt fundamēto arguitur ꝙ non valet argumē tū a singularibus sufficienter enumeratis cum debito medio ad suam vlem: qr nō se quitur contingenter iste hō est et contingen ter iste homo est: et sic de singulis: et isti sūt omnes homines: ergo contingēter omnis

